


GIL

LOGONOMIA ANGLICA


LONDON 1621







425
G475
1621
RB. 9-10



LOGONOMIA ANGLICA.

Quâ Gentis sermo faciliùs addiscitur.

Conscripta ab ALEXANDRO GIL, Paulinæ Scholæ Magistro Primario.

Secundò edita, paulò correctior, sed ad usum communem accommodatior.



LONDINI,
Excudit IOHANNES BEALE.
Anno M.D.C.XXI.

RR

14436.



SERENISSIMO
Potentissimoq; Principi
IACOBO,
D.G. Magnæ Britanniæ, Franciæ, &
Hiberniæ REGI, *fidei Defensori, &c.*



IVE privatum meum officium spectem, omnem animi gratitudinē Majestati Tuæ me debere agnosco, cuius Gratiâ & Clementiâ effectum est, vt hanc quā sequor vitæ viā ingressus sim: siue etiam commune illud officium intuear, quod omnes viri boni Regi literatissimo, & optimo deberi agnoscunt; non audebā vlli in hominibus nomini, præterquam Numini

tuo hoc quicquid eſt operis conſecrare, quod inter alia totius noſtræ gentis honorem tantopere attingit, quem ſolus & ſuſtines, & tueris. Neque enim bellica virtus, nec ſcientia literarum, nec candor ingenij nec morum cultus, neque vlla rerum potentia ad gentis alicuius gloriam tantùm valet, quantùm ſermo; quo iſta inter ſe aperiunt, & exteris produnt, & poſteris commendant. Hac de causâ illuſtres viri Principes, Reges, Imperatores, de patrij ſermonis cultu & nitore curam impensè ſuſceperunt. *Iulius Cæſar* de vocum analogiâ ſcripſit ad *M. Tullium*. *Auguſtus* perinde ſcribendum cenſuit ac loquendum. *Tiberius* in Senatu verba facturus, niſi poſtulatâ priùs veniâ, verbum peregrinum non pronunciauit. Et *Carolus* rebus geſtis Magnus, maior virtutibus, maximis illis de re literariâ meritis hoc addidit; quòd patrij ſermonis Grammaticam ſcripſit, conatus regulis & præceptis cultiorem & elegantiorem, ad æmulationem Græcorum Romanorumque, linguam Teutonicam reddere, omniq; barbarie exuere. *Chilpericus* Rex Sueſſionum literis Gallicis, quatuor à ſe inventas addidit; publicoque edicto eas recipi, in ſcho-

ſis doceri, & in ſcripturis exprimi mandauit. Atque vt exotica mittam, multoſque in ſerie auorum tuorum; *Edwardus* tertius, regum ſui temporis delibatus flos, quo nemo aut rebus geſtis clarior extitit, aut prudentiâ illuſtrior, decreuit; Ne quis Gallicè, aut in cauſis cognoſcendis, aut in iure dicundo loqueretur (conſuetudine iam inde à *Wilhelmo Normano* introductâ) ſed vt cauſarum cognitiones, ſententiæ, & cætera acta, linguâ Anglicâ Latinâue conſcriberentur. O ſi tanti principis curæ par populi amor reſpondiſſet! certè nec iuris conſulti illa nomini Anglico inuſta ſeruitutis ſtigmata in hodiernum vſque diem oſtentarent: nec ab alijs gentibus malè audiret (vt barbara) lingua Anglica, quâ nulla, audeo dicere nulla earum quæ nunc mortalibus in vſu ſunt, aut cultior, aut ornatior, aut ad omnia animi ſenſa explicanda aptior, aut facundior inuenietur. Obrepſêre (fateor) in ſcriptione culpæ innumeræ, quibus diſcentium ſtudia impediuntur: ſed repetitis vſque ab antiquitate, maiorum noſtrorum characteribus, priorum temporum incuriâ intermiſſis; eas omnes ita reſtitui, vt quantumcunque rudis (percep-

tâ

tâ inprimis literarum proſodiâ) verum vocum noſtrarum ſonum, primo ſtatim intuitu poſſit accipere. Sed quia omnis huius induſtriæ fructus à Tuo ſolius Nutu dependet (neque enim cognitus, & agnitus error, vbi diu inualuit, ſine magno exemplo ſtatim deſeritur) itaq; quicquid ego totus ſum, quicquid opera aut conatus meus, omne illud ad Majeſtatis Tuæ pedes humillimè prouolutus offero, vt pro excellenti diuini animi tui iudicio, Majeſtas Tua ratum eſſe iubebat conatum meum, aut etiam irritum.

Majeſtatis Tuæ

humillimus Subditus.

ALEXANDER GIL.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

GEntis Anglicæ, & linguæ origo vna eſt: ea ad Saxones, & Anglos, Germaniæ populos refertur. Saxones, ſiue à ſicis (quas illi *ſæcas* vocabant) nomen traxerint: ſiue (quod mihi vero propinquius videtur) ab Askenaz Gomeri filio; non tenebo mordicus. Tamen vtcunque illi ſæcas in pretio habuerint; certè ſeipſos ſæcaſons (hoc eſt ſicarum filios) non nominaſſent: at ab Aſkenaz, leui declinatione Sacas, ſe cum ſummo gentis honore, & debitâ parentis veneratione, Sacaſons (hoc eſt Sacæ filios) appellaſſent. Nam & docti cenſent poſteros *A*skenaz ibi ſediſſe, & Germanorum Iudæorum magiſtri (quorum lingua non parum momenti habet in poſteris Noachi dignoſcendis) ſe volunt eſſe האשכנזים, hoc eſt degentes in Aſhkenazitis. Anglos olim in Cimbricâ Cherſoneſo inter Iutlandiam & Holſatiam ſedes habuiſſe, nonnulli ſunt auctores. Sed perexiguus eſt ille angulus, qui tam numeroſam gentem emitteret, vt vel duos tantùm Angliæ comitatus incoleret; quamuis ſedes ſuas penitus deſertas reliquiſſet. *A*lij Anglos Scaniam, ſiue Sconiam (quæ etiã Daniæ prouincia eſt, ſed *S*uediæ contermina) habitaſſe volunt; & hinc à Danis pulſos, ſedes alias quæſiuiſſe. An hinc in Pomeraniam traiecerint, neſcio. Sed *Ptolomæus* Angilis, ſupra Albim ad Caluſij vſque fluminis initia non longè à Meſurio (quod hodie Magdeburgum volunt) ſedes aſſignat: hinc ad occidentem ſolem Sueuos, & Teutonarios locat, & ad Albis oſtia Saxonas. Atqui non in Sconiâ tantùm eſt Engelholme primaria prouinciæ ciuitas; ſed per vniuerſam fere Germaniam, manifeſta ſunt Anglorum veſtigia. *S*axonum quoque ſedes *Ptolomæo* ſunt anguſtæ nimis. Conſtat enim *S*axonas ab inferioribus Rheni, ad Albim vſque ſinumq; Codanum incoluiſſe [Auent. Annal. Boiorum lib. 5.] Itaque niſi recentius ſit illud *S*axoniæ nomen quæ hodie à *M*archiâ ad Miſniam & Luſatiam pertinet, perexigua ſanè eſt illa pars antiquæ *S*axoniæ. Præſens enim vidiſſe memini, *Hamburgum prima ciuitas Saxoniæ*. Veri autem ſimillimum eſt, eaq; eſt hiſtoriæ fides, *S*axonas, qui poſtea Britanniam ſui iuris fecêrunt, eos fuiſſe, qui circa *A*miſiam, Viſurgim, *A*lbimque fluuios conſedêrunt. *A*duentus autem eorum in Britanniam hanc cauſam habuit.

Cum imperium Romanum fractum & attritum eſſet, Britannia à Romanis ſub Valentiniano iuniore deſerta eſt. Britannis diuturno cum Romanis bello cæſis, omni etiam reliquo populi flore ad extera bella euocato, tenues admodum vires erant contra *S*cotos, & Pictos. *S*coti iamdiu ex Hiberniâ delati, ſeptentrionaliorem inſulæ partem occupauerant.

uerant. Picti, siue Britanni erant, qui Romanam seruitutem à suis ceruicibus detestati eò etiam commigrârant; siue populus è Germaniâ oriundus, á bellicâ fortitudine Phichri dictus non multum intererit. His igitur Britanniam vastantibus, & populum ad internecionem vsque cædentibus, coactus est *Vortigernus* rex auxiliares Saxonum copias accersire, quibus hostium impetus retardare, & cohibere posset. Hinc Saxonibus gloria rediit, & pax Britannis. Sed quum Rex stipendia militibus soluendo nō esset, initum fœdus est, vt Cantium in *Hengisti* & Saxonum ius concederet. Hoc factum circa annum salutis 450. Firmatur postea fœdus; *Hengisti* pulcherrima siue filiâ, siue nepte, Regi in matrimonium datâ, & soceri regno magnis prouincijs amplificato. Hoc ægrè ferre Britannos, fremere, regē abdicare, *Vortimerum* regem pro parte poscere, ad arma vndique conclamatum. Per breue fuit hoc *Vortimeri* regnum; sed funestum Saxonibus: quarto enim prælio eorum copias ita fudit, vt pedem in Britanniâ vix firmarent. Sed illo, nouercæ insidiis, è medio sublato, rediit cum suis *Hengistus*; & quod virtute non potuit, aggreditur fraude: simulato enim de pace colloquio, primores Britones ad vnum fere omnes trucidauit, *Vortigernum*, post filii funus regno iam restitutum, captiuum abduxit: cuius libertas quatuor amplissimis prouinciis compensatur. Sic rediit Saxonibus animus: sic refectæ vires. Sed nulla potentia longa. *Aurelius* enim vires eorum attriuit: at inclytus ille *Arturus* gentem fudit, fregit, domuit; sed non deleuit tamen. Vnde post *Arturum* ita inualuit eorum vis, ita creuit numerus, vt vniuersam fere insulam (Walliæ tantùm & Scotiæ montanis exceptis) sui iuris fecerint. Nec ita Saxonibus obfuere frequentes *Cadwallonis* triumfi; quin filium eius *Cadwalladrum*, ad Armoricanos vsque Britannos fugarent. Et, siue quod linguæ suæ puritatem, & gentis decus retinere vellent; siue quòd bella odiis incensa gererent: ita in ipsam Britonum linguā sæuitum est, vt omnia ferme nomina ciuitatum, oppidorum, villarum, fluminum, traiectuum, syluarum, vallium, & montium Saxonicis vocabulis mutarentur. Sic Saxonibus circa annum 680. in Britanniâ rerum dominis, in septem regna diuisum est imperium. In hac heptarchiâ, variis bellorum ciuilium procellis agitatâ, nunc hoc, nunc illud regnum cæteris eminuit. Igitur postquam *Egbertus* Occidentalium Saxonum princeps rerum potiretur; vt discordes suorum animos consopiret, populum vno nomine Engelice, ipsamq; terram Engeland appellari iussit. Sic Iutarum, & Phrisiorum nomen (quorū non infrequēs numerus huc cum Anglis appulerat) omnino euanuit. Et licèt omnes cōmuni nomine Saxònes vocarentur, (vnde & ipsa insula Saxonia transmarina dicta est) tamen quia in Saxonibus princeps erat ille populus quos *Ptolomæus* Angilos, nos Anglos appellamus; satis erat *Egberto* causæ vocabuli sui, licèt alii etiam alias comminiscantur. Hæc fuere gentis nostræ & linguæ incunabula: quæ si ampliùs nosse animus est, frequentes sunt in hoc argumento historiæ. Perfectam autem huiusce rei cognitionem tibi dabit, eruditissimi, & antiquitatum nostrarum sagacissimi interpretis *Wilhelmi Camdeni* Britannia.

Sermonis

Sermonis nostri puritas hinc constare potest, quod præter illam mutationem quam sæpe defleo, illamque quam temporis diuturnitas omni sermoni inferre solet (idque vt infinita illa potestas & sapientia eniteat, ex omni sono, & significatione quæ in voce humanâ esse, aut exprimi possit) nulla exterarum gentium colluuies nostrum infecerit. Et quum reliqui Teutones, quaquauersum erumpentes in Italia, Gallia, *Hispania*, &c. linguam gentis didicerint: tamen, maiores nostri sermonis sui puritatem semper retinuerunt. Nam quamuis antiqua illa Britonum, & Saxonum odia iamdiu resederint, & populus mutuis connubiis iunctus, vnius imperio pareat, vna lege ius suum tueatur, & (quod maximum est animorum vinculum) eandem fidem, & religionem colat: Propriis tamen familiarum nominibus exceptis; vix vlla vox Britanica in vsum communem recepta est. Magna fateor rerum facta est mutatio in illâ strage quam Dani ediderunt, quæ in Anglia à *Knuto* primo ad *Edwardum* (hoc est, annos viginti quinque inualuit: maior in victoria Normanorum: at verò sermonis mutatio nulla. Dani enim, populus vt loco dissitus, sic animos quoq; dissitos habuerunt: at verò sermonis maior erat concordia, quàm quæ illis hodie est cum reliquis Germaniæ populis; quemadmodum ex *Knuti* decreto de *R*eligione, quod adhuc Saxonicè extat, manifestum est. Normanni verò etsi sermonem suum Teutonicum in Gallicum mutâssent, idq; etiam *Wilhelmus* primus omnibus modis tentaret, vt Angli Gallicè loquerentur: ita tamen irritus fuit ille conatus, vt post *Wilhelmum* totus refrixerit. Assensêre quidem Victori plerique nobiles, & voluptatum ministri, & certò certiùs aulici, qui bonis aliorum inhiabant; ideoque in plurimis aulæ seruitiis multa adhuc sunt Gallica vocabula: in lusibus etiam, in aucupiis, & venationibus omnia Gallicè: etiam nostrates canes ad prædam adhortantur Gallicè, nisi Tristramus, quem adolescens legi iam penitus consenuerit. Sunt & forensia vocabula multa, in communi vsu nonnulla. Sed his in Etymologiâ datus est locus.

Restat vt videamus, quam tandem mutationem, ab ipsâ temporis diuturnitate, sermo noster perpessus est. Extant Anglicè antiquissima glossemata in Euangelistas, circa annum Christi 700. conscripta: postea etiam ad populum conciones, ecclesiæ canones, & huiusmodi ad rem diuinam facientia: sed ego è mediâ antiquitate exemplum sumam ab *Ælfrico*, qui *Eadgaris* tempore floruit; cuius regni initium fuit anno salutis 960. Epistola eius ad *Sigefertbum* hoc habet exordium.

Ælfric abb: gret Sigeferth freondlice. Me is gesæd that thou redest beo
I Ælfrik abbot greet friendly. to me it is said speakest by
me that ic other tæhte on Englisc en gewtiten other eower ancor æt ham
I teach in my English wryting then your at home
mid eow tæhth. forthan the he swutelice sægth, that it sie alefd that messe
with you teacheth. because that he soothly saith, is alow'd masse
preostan wel motan wifigen, and min gewriten withcwetheth thysen.
priests may take wyues, my wrytings gainsaieth this.

Nemo verè Anglus est, qui voces hasce omnes suas esse non agnoscit,

 vtcun-

vtcunque dialecto variari videantur. At si sequentium temporum authores legas, nescio an agrestem asperitatem exuisse iudices, an potius nouam induisse. Habe paucula ex illis quæ *Michael Draitonus*, orbis Anglici *Dionysius*, citat ex *Roberto Glocestrensi*, de Londino à *Luddo* nescio quo mœnibus cincto. illustr. in Polyolbij cantum 8.

Walls he let make al about and yates vp and doun
[a] *his* — *And after Lud that was*[a] *is name he cluped it Luds toun.*
The herte yate of the toun that yut stont ther and is
[b] *own* — *He let hie clupie Ludgate after is*[b] *o nam iwis.*
He let him tho he was ded burie at thulk yate,
Theruore yut after him me clupeth it Ludgate.

scio inconcinnam videri hanc poetæ rusticitatem, qui annos vltra trecentos scripsit: sed vtcunque sermonis vsus se dederit, præsentibus hominum temporibus, in flore videtur, nisi & idiomatis peritia adsit, & solers vocum alienigenarum discriminatio.

Huc vsque peregrinæ voces in linguâ Anglicâ inauditæ. Tandem circa annum 1400, *Galfridus Chaucerus*, infausto omine, vocabulis Gallicis, & Latinis poesin suam famosam reddidit. Hic enim vulgi indocti stupor est, vt illa maximè quæ non intelligit admiretur. Hinc noua profluxit scribendi, & loquendi scabies. Nam vt quisque sciolus videri vult, & linguæ Latinæ, Gallicæ, aliusue suam peritiam venditare: ita quotidie fera vocum monstra cicuriat; horridasque, & malè sonantes, nidique infausti picas, & cicumas nostra verba conari docet. Sic hodie ferè ex ijs *Anglis* sumus, qui Anglicè non loquuntur, ab Anglicis auribus non intelliguntur. Nec satis habemus spurium hunc fœtum suscepisse, fœdum aluisse; sed legitimum etiam, origine nostrum, vultu gratum, & à maioribus agnitum, pepulisse. ô dura ora! Communiter audio *komon, vises, envi, malis*, etiam *virtv, studi, Iustis, piti, mersi, kompassion, profit, komoditi, kulor, grãs, favor, aksep-tans, &c.* At verò quò gentium eiecistis illa vocabula, quæ pro his adulterinis maiores nostri vsurpârunt? vt voces ciues *exulent*? vt noua barbaries vniuersam linguam Anglicã extirpet? O vos Anglos! vos (inquã) appello quibus sanguis ille patrius palpitat in venis; retinete, retinete quæ adhuc supersunt reliquiæ sermonis natiui; & quæ maiorum vestigia apparent illis insistite. Anne vt ipsi linguam vestram Romanis prouincialem faciatis, quorum maiores Romana arma contempsêrunt? Satis superque risimus [a] execrabiles aggrauationes, inficiosas indecentias, & deplorabiles excruciationes vestras. [b] Fabulæ etiam fuerunt semicirculi, & trianguli suppeditalium vestrorum, vultis ampliùs colaphizari?

[a] *Sic Fustianicè scribit auctor anonymus Detectionis veneficarum* 1618.
[b] *Vide fabularum centuriam fabulâ* 5.

Physician Mirus talks of saliuation,
Of Tophes, of pustules, of febricitation,
Who doth ingurgitate, who doth tussicate,
And who an vlcer hath inueterate

thus

Thus while his inkhorne termes he doth apply,
Euacuated is his ingenie.

Auditum adueniens rides *Wilsone*? Atque vt nos vnà tecum rideamus, ede(quæso)Gabritii & Beyæ colloquium Latinogallicoanglicè kantantium. Nec tamen hæc ideo dicta esse velim,ac si omnes omnino peregrinas voces repudiarem:sed vt illorum libidinem refrænem,qui voces vsitatas, sono gratas,& sensus plenissimas auersantur;vt nouas,auditu asperas,sensu dubias, pariant. Neque enim minus nobis quàm aliis gentibus licere puto.Sed vt quæque gens mercibus aliunde importatis liberè vtitur,suasque ipsa extrudit vt alienas comparet:Sic & lingua quæuis alienis copiis ditescere potest,suasque aliis impertire. Quàm multa Romani à Græcis sumpsere?& post captam Græciam , quàm multa vicissim Græci à Romanis? Et si Latinæ linguæ origines libet altiùs inquirere , multa à nostris esse desumpta inuenies.Et vt à corniculâ Æsopicâ plumas aliquot nostrates demam,exempla paucula è multis proponam,vt docti iudicent.

Teutonica.		Anglica.	Latina.	Anglica.	Latina.
Wein		*Wijn*	Vinum,	*Wag*	Vagus,a.um.
Wust		*Wast*	Vastus,a.um.	*The West,*	Vesper
Wol		*Wel*	Valeo.		quod in
Wollen	*tu*	*Wil*	Volo.		occidé-
Wahlen		*Wallow*	Voluo.		te appa-
Wespe		*Wasp*	Vespa.		ret.
Witwe		*widow*	Vidua.	*Tu worrow*	Voro.
Warm		*Wurm*	Vermis.	*Tu wade*	Vado,as,
ein Wall	*a*	*Wal, or bulwark*	Vallum.		inde vadum.
Weg		*Wai*	Via.		

Hîc verò fac,V,antiquo,& recto sono proferas,quo nos W.Nam quamuis per illud V,sæpe digamma Æolicum siue F, crassum exprimerét,in his tamé& multis aliis non obtinuit.V,enim literæ F,contermina,Græcè per ϐ vertitur:vt,in φλαϐιος & Βιργίλιος,in aliis per ȣ:vt,in Ουαλης à valeo,ουεσπασιανὸς à vespa. Quamuis non negem nostrũ W,per V,id est F,crassũ, aut etiã per ipsam B,verti,vt à Wall Belgicè,Teutonicè Walfisch, Anglicè Whale , latinè *balæna*. Et quemadmodum hæc ab vnâ literâ incipientia se offerunt: sic etiam inueniet, cui vacat in pluribus experiri. Namque vt ad Asylum Romuli plurimarum gentium vicina fluxit colluuies,vnde tandem vnus latronum grex:sic etiam ex linguis maximè inter se dissitis,vna tandem lingua Romana conflata est;ideo Latina dicta,quia vt à Latinis maximus conuentus sceleratorum, sic plurima inde vocabula deducta sunt.Quare quum nostra Latini asciuerint,reddere quidem idq; cum fœnore oportebit. Sic multa hodie Germani à Latinis mutuantur, neque id in vocibus tantùm, sed etiam alicubi in syntaxi.

Et quum lingua noſtra alienas voces tam facilè & admittit, & ſpont adoptat;hoc itidem & nobis licere poſtulo,vt monoſyllaba noſtra aſſumptis aliunde pluriſyllabis miteſcant. Et quum ſemel omnis terræ labium vnum fuerit,& vnus ſermo ; optandum ſanè eſſet, vt vnâ vocum communione,vnus omnium gentium ſermo communis fieret. Quod ſi humanis viribus conandum eſſet,nulla profectò lingua ad hoc magis commoda, quàm lingua Anglica, inueniretur. Sed quia hoc humano ingenio ſperandū non eſt,ita nos in nouis vocibus aſciſcendis pudenter geramus,vt hoc coacti,non petulanter facere videamur.Quod ſanè tum denique fiet, quum noſtræ voces, nec ſimplices, nec compoſitæ,peregrinæ dictionis vim & ſenſus aſſequentur.

Supereſt,vt de nouâ quam affero Orthografiâ pauca dicā.Et ſane cùm viderem Saxonum characteres maximâ ex parte Latinis literis haud ita abſimiles,ſed vt vnos ab aliis traductos facilè iudicares ; noſtros tamen concinnitate & elegantiâ Latinos multū ſuperaſſe: animaduerterem etiam in omnibus antiquis ſcriptis, noſtris maximæ curæ fuiſſe,ex verâ proſodiâ voces deſcribere; denique tum primùm allatū eſſe ſcripturæ vitium,cum libri noſtri imprimi cœpiſſent ; omnem cacographiæ noſtræ culpam eò potiſſimum referebā. Nam cùm prudétiſſimus ille Rex,& vná fauentiſſimus literarū *Henricus* ſeptimus, typografum *Winken de word* (qui primus,ſcripta Anglica prelo expreſſit)huc è Germaniâ euocaret:neceſſe habuit typografus,illis quos habuit typis,noſtras voces excudere.Sic primùm accepti ſunt *th*, pro ð, g, pro ȝ, &c. Et ſi, huic non abſimile incommodum etiam accederet,vt prælo corrigendo non doctus præeſſet ſed aliquis de grege mercatorum qui Germanicè & Anglicè loqui poſſet; corrumpi neceſſe erat Orthografiam noſtram ; & quia tempeſtiua medela adhibita non eſt,in hominum vſum corruptam tranſire. Atque hanc ſanè exiſtimo vnicam fuiſſe cauſam corruptelæ. Cui rei etiam hoc argumēto eſſe poteſt,quod Germani ſonos illos nō habent,in quibus maximè erratū eſt. Neq; enim pronūciant *thing* ſed Ding,pro *faðer*, *what*, *ȝoſef*, *Chansler*;efferūt *vater*,*Yoſef*,*was*,*kantzler*. Quæ vitia ſi corrigas,& vocalibus ſua tempora tribuas;habes fere omnia,certè præcipua quæ in noſtrâ ſcriptione corrigenda ſunt.Occurrere quidem huic vitio viri boni & literati,ſed irrito conatu;ex equeſtri ordine *Thomas Smithus*; cui volumen bene magnum oppoſuit *Rich Mulcaſterus*: qui poſt magnam temporis,& bonæ chartæ perditionē , omnia Conſuetudini tanquam tyranno permittenda cenſet. Vnum in equite iure reprehendit, quod noui eius characteres nec aſpectu grati ſunt,nec ſcriptu faciles. Huic malo, quoad potuit, ſubuenit è fecialibus vnus, qui eorū more ex gradu officii nomen ſibi Cheſter aſſumpſit Sed ille, præterquam quòd nonnullas literas ad vſum perneceſſarias omiſit,ſermonem noſtrum characteribus ſuis non ſequi,ſed ducere meditabatur. Multa omitto. Neque enim bene facta malignè Detrectare , meum eſt: tamen hæc paucula adnoto,ne me homini probo falſum crimē affinxiſſe putes. Emendato noſtro charactere vtrumque leges,quia de ſono tantùm certamen eſt. Sic igitur ille.folio 66,b.

Pre:

Pre		*prai*	*ſed*		*ſaid*	*iu*		*yïi*
ue		*wai*	*ei*		*I.*	*iuz*		*vz*
ſe		*ſai*	*ov*	pro	*of*	*uï*		*wi*
ðe	pro	*ðei*	*aunſuer*		*anſwer*	*uið*	pro	*with*
bue		*buoi*	*rïding*		*rĕding*	*knön*		*knöun.*
me		*mai*						

Non noſtras hîc voces habes, ſed Mopſarum fictitias. Wadus autē non ſolùm cum feciali errare voluit, ſed ſecum etiam ſeorſum ſentire. Sic non ſcripſit *Lundon*; quod cōmunis fert dialectus; ſed, quod tabellarii, *Lunun*, aut lintrarij *Lüun*. Nec duplices conſonas admiſit in *Ʒon* & *Ʒuſtis*, ſed *Dzyon* & *dzyuſtis* ſcribēda tenuit: idq; quia duplex illa conſona quæ has voces incipit, in hæc elementa proximè diſtrahi videatur. Nos autē in vocibus deſcribendis, non ſimplices ſonos diſtrahimus; ſed diſtractos potius in vnum coniungimus. *Bulokerus* vt paucula mutauit, ſic multa fideliter emendauit. Atq; hi ſunt quos ſcio Orthografiæ nomen ſuum publicè profeſſos eſſe. Ego autē cum *M. Fabio* ſic cenſendum ſtatuo. Quemadmodū in moribus bonorum conſenſus, ſic in ſermone conſuetudo doctorū, primaria lex eſt. Scriptura igitur omnis accommodanda erit, non ad illum ſonum quem bubulci, quem mulierculæ, & portiores; ſed quem docti, aut cultè eruditi viri exprimunt inter loquendum, & legendum. Et quemadmodum periti pictores ab humanâ facie ſic ponunt imaginem, vt viuos vultus imitetur: ſic etiam à vivâ voce verba deſcribere oportebit, vt à verâ proſodiâ ne latum pilum aberremus. Sed ne exiſtimes, me de ſono, tanquam pro aris dimicaturum, quatuor eſſe concedo, quæ regulæ huius aſperitatem aliquantulum lenire, Orthographiam permultùm adiuuare poſſunt, 1. Deriuatio, 2. Differentia, 3. Mos receptus, & 4. Dialectus. Quæ quidem ſic in adiaphoris valere cupio, vt nullo tamen modo à rei veritate depellant.

1. Sic deriuatiua primitiuorum ſcripturām ſequuntur: vt, *divjn, skolar* potiùs quàm *devin, skoler*: quia in ſyllabis correptis, vbi vtrumuis indifferenter auditur, etymon ſequendum eſſe ſtatuemus. Sic contrà, deriuata primitiuorum orthografiam oſtendunt; vt, *perſonz* non *perſnz*; quia in deriuatis *perſònal* & *perſonaliti*, *o*, nondum euanuit. Deriuatio tamen de vero ſono nequicquam detrahito, vero enim ſcribi *houer, honor, honeſt*; quia in his, *h*, nec auditur, nec audiri quidē aut debet, aut poteſt, ex regula quam pag. 10. reperies: dicimus enim *an ouer, mjn onor ðjn oneſti*; non *a houer, mj honor, ðj honeſti*. Proinde doctus, etymon intuitus, ſcribat *divjn, skolar, onor kunƷurer*: at ſi indoctus ſuas aures ſequutus ſcribat *devjn, skoler, oner, kunƷerer*, ſuſquè deque habeo.

2. Differentia ſignificationis (quoad fieri poteſt, & ſonus permittit) orthografiâ diſcernitur. Quare cùm ſcribas *our* noſter, a, um. *e*, interpoſito ſcribatur *ouer* hora: id enim & prolatio ferre poteſt, & ſenſus hanc differentiam requirit. Sic J. ego. *ei* oculus, *ē* ita, *dézert* ſolitudo, *a dezért* meritum: at uerò *a ſubƷekt* ſubditus, & *tu ſubƷekt* ſubiicio; aut ſolo ſenſu, aut

accentu

accentu distinguuntur. Nec in vocibus tantùm solitariis hæc differentia est obseruanda, sed etiam compositis in oratione. Dicimus enim *mj nativitiz kast*: quod verti potest, natiuitas mea calculatur aut calculus natiuitatis meæ: hîc igitur orthografia, *mj nativiti iz kast*, omnem tollit ambiguitatem. *I kanot drink wjn*, non possum bibere vinũ; & *I kan not drink wjn*, possum non bibere vinum, ex orthografiâ duntaxat fraudem fallunt. Sic igitur orthographia sonum penitus penitusq; non sequetur, quum sensus differentia quærenda est.

3 Nec verò Consuetudini parum tribuo: qui illam vbiq; sequendam iudico, nisi vbi vera prosodia manifestò repugnat. Proinde licèt frequētiùs dicamus *fôk, fât, bâm, hâf*, & *tâk, wâk, wiδ, uδer, ov. agenst*; tamen quia è primis illis omnes eruditi non eiiciunt l, sequamur hic consuetudinē, et aliquâ ex parte deriuationem, in *fôlk, fâlt, bâlm, hâlf*, à volk, *fal, balsamum*, halb [in *tâlk, wâlk, with, oδer, of, against*, scribendi consuetudinem tantùm: idq; quod docti aliqui viri sic legunt, & aliquando loquuntur. Incipientia etiam à *w*: vt, *wit, wīn, wash, wāk, wail, wil*, si *k*, propositum habent, necessariò efficiunt, *kwit, kwīn, kwash, kwāk, kwail kwil*: tamen quia Consuetudinem sensim diffluere malo, quàm repente præcidere; fero non inuitus, vt scribere possis *quit, quīn, quash, quāk, quail, quil*. Propria etiam nomina, quadam dignitatis prærogatiuâ assuetam scribendi formulam retinebunt, vtcunq; vulgò vitio distorqueatur. *D'Aubigne, D'Anuers, D'Aubridg-Côurt, Redklif, Cotswôuld, &c.* quæ vulgus extollit *Daubnei, Dauers, Dabskot, Ratlif, Cotsal*.

4. Quin etiam vbi dialectus variat, facilè patior vt ipsa scriptura sibi minimè constet: vt, *farδer, furδer*, aut *furder*; *murδer*, aut *murder*; *tu flj*, aut *tu flī*; *tu flīt*, aut *tu flöt*, &c. Dialectis autem (exceptâ Communi) in oratione solutâ nullus est locus; nisi vbi materiæ necessitas postulat: Poetis metaplasmus omnis modestè conceditur.

Supersunt, lector, quæ te rogatum velim. Primùm, vt si quid in hoc studiorum itinere à regiâ veritatis viâ deuius aberrarim, illud pro candore tuo corrigas, aut me admoneas. Alterum ne mihi cacografiam festinus improperes: præsertim cum quatuor esse concesserim, quæ scriptionem aliquantulum mutare possunt, vt de Accentu, aut Metaplasmo nihil addiderim, donec illuc peruenero. Vnum fortasse quereris. Deesse alicubi duplicatas cōsonas; vt, in *fatter, better, robbing*, quam quidem culpam nos ita probamus, vt (si quando tempus ad eam rem tulerit) duplicatas illas consonas, culpam esse in Orthographiâ non ferendam ostenderimus; nisi vbi aut Compositione, aut Metaplasmo, licuerit crimen defendere.

Sed hæc in præsens missa facio; ne prolixâ nimis præfatione, videar moras tuis studiis nexuisse. Vale.

Logonomia Anglica partes habet 4,

- 1. Grammaticam de literarum usu
  - Malo; in earum
    - Prosodiâ, *Cap.* 1.
    - Compositione. *Cap.* 2.
  - *Recto*; qui est in literis
    - Simplicibus
      - Vocalibus. *Cap.* 3.
      - Consonis. *Cap.* 4.
    - Coniunctis in
      - Diphthongos
        - Proprias. *Cap.* 5.
        - Improprias ubi de dialectis. *Cap.* 6.
      - Syllabas & voces *Cap.* 7.
- 2 Etymologiam de
  - Vocibus
    - Primitiuis.
    - Deriuatis
      - Peregrinis *Cap.* 8.
      - Nostratibus
        - Compositis
        - Comparatis
        - Diminutis
        - *Cap.* 9
  - Vocum speciebus. 3.
    - Nomine
      - Communi
      - Proprio
      - *Cap.* 10.
      - Personali. *Cap.* 11,
    - Verbo; cuius sunt
      - Species 3.
      - Coniugationes 3.
      - *Cap.* 12.
    - Consignificatiuis; quæ sunt Aduerb. Coniunct. &c. *Cap.* 13.
- 3 Syntaxin quæ est aut
  - Soluta
  - Poetica *Cap.* 24.
  - Vtraq; aut est
    - Simplex
      - Absoluta *Cap.* 14.
      - Conuenientiæ *Cap.* 15.
      - Rectionis quæ est
        - Casus
          - Vnius *Cap.* 16.
          - Varii *Cap.* 17.
        - Verbi *Cap.* 18.
    - Ornata in
      - 1 Vocũ
        - delectu ubi tropi 4. cum
          - Appendicibus et Vitiis *ca.* 19.
        - Vsu; isq; aut in vocis
          - Defectu
          - Pleonasmo
          - Enallage
          - *Ca.* 20
          - Sono. *Cap.* 21.
      - 2 Sententiæ ordine. & sensu. *Cap.* 22.
      - 3 Exochis *Cap.* 23.
- 4 Prosodiã in
  - Accentu
    - Grammatico
    - Rhetorico
    - *Cap.* 25.
  - Metro; idq; est aut in
    - Syllabarum quantitate.
    - Pedibus
    - *Cap.* 26.
    - Carmine
      - Rythmico *Cap* 27.
      - Latinum imitante *Cap.* 28.

Errata ante legendum corrige.

Syllabæ quæ naturâ suâ cõmunes sunt, possunt etiam indifferenter per vocales longas aut breues describi: vt, shal aut shâl, dans aut dâns, bi bï, ded dëd, whöm whüm, moðer muðer, sai säi, mai mäi, *&c. Quædam accentu variant, vt ibi dictum est: itaque in his nil titubabis. Errata leuiora præteribis: cognita & agnita sic restitues. pag. 3 lin 24. laqueus. p. 4. l.* 12. bloud. *l.* 14. *querela. p. 6. l.* 23. *distinguerent.* 7. 16. *boum.* 8. 1. *sensim.* 9. 17. *sic* ð. *ibid.* inuħ. 13. 18. ðëz sëz. 14. 2. *venefica. ib.* 7. dëz. *l.* 13. *Hebr:* 15. *l. penul. index:* 17. 27. [illegible] 18. 16. *&* 18. *quedã.* 19. 1. pëz: 21. 24. knõun, säving. 16. *l.* ult. ðï, 23. 9. Konfounded, 24. 19. fürth, *ib.* 22. triz, 27. 13. ëzment, *ib.* 21. tëch, tëcher, 22. hëring, 30. 27. konsul. *l. ult.* ʒenerus, 33. 3. forswër, 34. 11. *&* 22. lëst, 36. *ult.* quatenus, 37. 3. ëvz, 7. *nonæ*, 8. bouelz, 20. tü, 23. gõuld, *idque quoties occurrit; cum similibus* föuld, hõuld, *&c.* 24. whët, 27. brëd, 38. *l. ult. argentea*, 40. 1. mutnz, vëlz, 41. 13. pëz, 42. 28. *secundæ*, 43. 15. lëvz, 48. 23. dipt, 50. 5. swër, 51. 18. häv, *ib.* 26. *indicentur*, 57. 4. *Imperat*, 59. 1. luvz, 60. 4. abröd. *ib.* 20. rëd, 62. 11. klöðier, 65. 27. âlðoħ, 71. 8. [43.] 76. 5. tëch, 77. 26. unëzi, 83. 3. höp, 84. 13. mï, 86. *l. penult. Etiam*, 87. 10. *grandes*, 93. *l. ult. quia* tu tëch *doceo*, 96. 24. *vniuersam*, 99. 3. *etiam*, *ib.* 8. prezum'd, 100. 10. *siue*, *ib.* 26. nou, 101. 17. pleʒez, 103. 25. *& ult.* shï. 109. 4. *sæpius*, 111. 16 mjħt, 112. 5. gaðer, 115. 13. *principes*, 128. 4. sakklóth, 133. 17. forgó:n, forgíving, 136. 4. Kvpid. 144. 18. ljvz.

Quinetiam characterum penuriam in I, pro J, quoties opus resarcies. Denique capite 25. & deinceps; accentuum notatio, longarum vocalium quantitati veniam inueniet.



LINGVAE ANGLICAE *LOGONOMIA.*

Quid ea, partes, literæ.

CAPVT. I.



Ogonomia est comprehensio regularum quibus sermo ignotus faciliùs addisci potest: ea ex Latini sermonis vsu obseruata Latina est, ex Anglici Anglica, &c.

Partes eius sunt quatuor: Grammatica, Etymologia, Syntaxis, Prosodia. Grammatica siue, (vt alijs placet) Literatoria, est Logonomiæ pars de numero & potestate literarum simplicium, & coniunctarum.

Et quamuis in literarum vsu apud nos, sit manifestus error: tamen quia vulgo sic scribere & legere placuit; primùm quatenus se res habet, deinceps quatenus habere debet, paucis explicabimus.

Literæ Anglis eodem sunt numero, ordine, & sono, si per se accipiantur, quo apud Germanos, & reliquos ferme Europæos nobiliores. Sed in c, g, i, s, t, *et* y; *paucula veniunt obseruanda.* C, *ante* a, o, u, *aut consonantem, idem valet quod* k: *ante* e, i, *& apostrophū (') perinde sonat vt* s; *quemadmodum etiam Germani efferunt in* cederbaum *cedrus, et* circkel *circulus. Peculiare etiam Anglis est, per* ch *eum sonum exprimere quem Itali per* c, *in piacevole: ita enim et nos efferimus* **a chaire**, *cathedra,* **a cherry** *cerasum,* **a chin** *mentum,* **chosen** *electus, a, um;* **to chuse** *eligo.*

G, *ante* a, o, *aut* u; *vno sono profertur vero et Germano; quemadmodum ante cosonantes, in gloria et gratia: ante e, aut* i, *sæpissime quemadmodum Itali in* gentile, *et* giovane; *sic enim et nos sonamus,* **a giant** *gigas,* **a gibet** *patibulum,* **ginger** *gingiber,* **gentle** *humanus,* **changed** *mutatus, et alia. Hunc sonum aliæ fortasse gentes exprimant per* dzy, *nos per simplex* g, *ante* e, *aut* i; *at ante* a, o, *et* u; *semper per* j, *consonam: in his namq; g, et j, vno sunt eodemq; sono.*

Iason, dzyason, *Iason.*
Geffrey, dzyeffrey, *Galfridus.*
Ginger, dzyindzyer, *gingiber.*
Ioseph, Dzyosef, *Iosephus.*
A Iudge, a Dzyudzyh, *Iudex. vbi etiam* dg. *sonat post* u, *quod* j *ante.*

Nec tamen hoc vbiq; obtinet, vt g, *ante* e, *et* i, *sic proferatur: dicimus enim,* **to get**, *i. parare, &* **to giue** *donare, et alia nonnulla, sono legitimo et natiuo.*

At verò j. *ante* a, o, *et* u, *nusquam variat. Nam quod apud Germanos* I. *valet ante vocalem, illud per* y

scribi-

scribimus, non per j. *illis enim* Iung, *i. iuvenis, apud nos eodem sensu et sono est* **Young.**

In S *illud vnicum obseruandum, Anglos illud Hebræorum spumosum* ש *efferre per* sh, *Germanos per* sch; *vt, Anglis pudor est* **shame**, *Germanis*, scham. *Hispani autem per* x *hunc sonum exprimunt; vt in* debaxo *infra.*



CAP. II.

De literarum compositione.

IN *syllabis componendis illud apprimè notandum est, non omnes vocales esse vbiq; sonoras. Secundò, sonum penitus eundem in omnibus non obtinere. Nam quamvis in syllabâ longâ aut brevi, temporum momenta distent, non soni vicinitas: tamem eadem vocalis aliquando latum quiddam sonat, aliquando exilius, vt in* **Hall** *Henriculus*, **hale** *trahe, et* **hall** *aula. Exilius est* **a.** *in duabus vocibus prioribus, in tertiâ fere est diphthongus.*

Syllabæ autem productio, inter scribendum dignoscitur dupliciter. Primò, e. *aphono in fine dictionis post cõsonantem non duplicatam addito: vt, in* **Dame** *domina, voce monosyllabâ; nã* **Dam** *sine* e, *aut* **Damme** *cum* e, *post consonam duplicatam est bestiæ cuiusvis mater. secundò: syllaba longa censebitur à duplicatâ vocali. Vocalis autem duplicata, est eadem; aut diuersa. In* e, *et* o, *duplicatis, sonus à proprio aliquantulum distat: vt in* **grin** *laquens, et* **greene** *viridis, sonus vnus est; sed in voce priori correptus, in altera longus. Sic in* **Bucke** *hic dama, et* **Booke** *liber: neque in his vlla soni differentia est, præter illam quæ in quantitate percipitur. Si autem vocalis diversa sit,*

reijciēda est in pronūciatione posterior, & prior elongāda: vt in **seat** *sedile,* **meat** *cibus; quia* **set** *est locatus, &* **met** *obviam factus. Et licet in his longis,* e *finalis sæpius redūdet, scribimus enim* **seat** *aut* **seate**, **meat** *aut* **meate**: *duo tamen hic notanda veniunt: differentia, & etymon. Aliquando enim differentiæ causâ vtraque producendi ratio obseruatur; vt in* **Boare** *aper, vt id oculi distinguant quod aures nequeunt, à verbo* **to boꝛe** *terebrare. In* **People** *autem populus, etymi causâ assumitur* o, *& falsò scribitur vt trissyllabum* **pe-o-ple**, *potiùs quàm rectè* pïpl, *Sic à Belgico* bloed *sanguis, scribimus* **blood**, *aut* **bloud**, *licèt syllaba sit correpta* Blud. *Sed hîc magna est anomalia in illis quæ per* ui *scribuntur. In aliquibus enim, vt in* suit *actio aut quærela, &* cuited *wine. i. vinum coctum, regula quam dixi de posteriore vocali in pronunciatione reijcienda, vim suam obtinet vt in* **meat**: *legimus enim,* svt *&* cvted, *per* v, ψιλὸν *productum, à Gallicis vocabulis* suire *sequi et* cuire *coquere: aliquando fallit, vt in* **guild**, *i. Societas, siue aula, frequentiæ locus; &* **guiltie** *reus; dicimus enim* the geild-hall, *et* giltie. *In* **build** *autem ædificare, nondum iactum est fundamentum: pro suopte enim cuiusq; ingenio, vnus* bvldeth *per* ὐψιλὸν; *alter* beildeth *per* ei; *tertius* beeldeth *per* ï *longum: et adhuc quartus* bildeth *per i breve. Neq; hoc in vocalibus tantùm vsuvenit vt etymi agnoscendi causâ addantur, sed etiam in consonis: scribimus enim à* **sygne** *signum, sed sonamus* a sein, *item* **in I disdeigne** *dedignor, loquimur* I disdain.

Et quemadmodum ad syllabas producendas duplicatur vocalis; sic ad abbreuiandas, consona. Eadem namq; consona in fine duplicata cum e, *nihil momenti addit ad sonum*

num aut syllabas augendas; sed vocalem praecedentem sono rapto efferendam ostendit, vt in **wanne** *monosyllabâ pallidus: nam* **to wane**, *est decrescere. Consona autem aliquando est potestate par; vt in* **backe** *tergum,* **lacke** *indigentia: nam* **to bake**, *est pinsere, et* **lake** *lacus. Rarò etiam longiùs remota assumitur: vt in* **lambe** *agnus, vt distinguatur à* **lame** *claudus. Hinc excipe* **a wombe** *vterus, et* **to combe** *comere; per*.*licet hanc vltimam antiquitas, & etiamnum dialecti, corripiant.*

Illud autem animaduertendum, hæc quæ diximus sæpius infirma esse; quia quum in nostrâ cacographiâ nihil iussum sit, nihil potest esse iustum: ubi eodem præmio vnusquisque sapit, aut etiam desipit.



CAP. III.

Orthographia.

D*Iximus de obliquo: nunc rectum quoad poterimus indicabimus. Atq; vt exteri nostra faciliùs intelligant: primo alfabetum plenum & perfectum afferemus; postea quoties opus erit, exempla subiungemus vtroq; charactere, vsitato videlicet & etiam nouo: vt exteri per novum, rectius intelligant vsitatum; nostri per vsitatum, nouam scribendi rationem videant, et errores corrigant.*

Sed ne mirũ cuiquam videatur aut insolens, tam longo vsu recepta mouere: rationes afferam inprimis conatus mei, vt pro suo quisq; arbitrio statuat, satisne causæ sit cacographiam nostram emendandi.

Atq; quum nostra scire volentes nihil magis arceat, quàm ingens illa difficultas quæ primo obiecta intuitu deterret, quum vnos eosdemq; characteres diuerso sono proferendos

ferendos videant; nec liquere satis possit, quis potior sonus vsurpandus sit: humanitatis ratio me prima impulit vt exteros iuvem, & commune humanæ societatis vinculum, quam nihil magis quàm rationis, et orationis vsus conglutinat. Deinde quum aliud scribamus aliud pronunciemus, falsitatem scriptionis nostræ nemo sensus integri possit defendere. Expugnare igitur volui, & si possem expurgare barbariem illam, quæ in nostras literas irrepsit, iisque integrum iam centennium inveterauit: ne si errores nostros corrigere non possemus, stupidissimi mortalium videremur; si nollemus, ignavissimi. Et quum mulieres, vitriarij, pictores, qui auriū sono tantùm inseruiunt, orthographiæ facē ex verâ literarum prosodiâ nobis præbeant: adeone talpescent docti vt etiamnum cæcutiant? Sed vident (inquis) non probant: ferunt, non laudant. Sed quorsū vident, si nō vt corrigant? Ideoq; ferūt, vt Lingua nostra alioquin cultissima, suauissima, copiosissima perpetuā ferat inustā barbariē? Mihi (fateor) petita lux est à fenestris, in quibus legi dier, *quod dicti scribunt* deare *charus, in* bred bread *panis, inde etiā* nakid cum y & bare *pro* naked come I. *i. nudus venio. Hoc igitur inprimis datū, ratū, sanctumq; esto; Inuentas esse literas, vt vocis articulos, & minima eius momenta distinguerunt. Secūdò, singuli in voce momenti, singulos esse oportere characteres, & proinde singulorū characterū singulū esse & vnicum sonum: ne si eiusdem literæ soni duo, vel tres, aut plures concederentur, nullum in ipsis literis, nullum in vocibus discrimen agnosceretur; et sic quod initio ratum esse iussimus corrueret. Tertiò, vocum significata mutanda non esse, et proinde nihil posse absurdius excogitari quam vocalem mutam, vt antea diximus in* Dame *et* meate:

Sed

Sed vniuscuiusq; vocalis breuitatem & productionem in seipsâ quærendam esse, non aliunde. Quibus positis et concessis, tandem rem ipsam aggrediamur.

Literæ sunt vocales, aut consonæ. Vocales sunt quinq; a, e, i, o, u. *Omnes plurisonæ, & vt pronunciatione, sic & scriptu distinctæ. Breues vsitatâ formâ scribantur: Longæ duabus in apice punctis distinguantur. De singulis clariùs loquar.* A, *est tenuis, aut lata: tenuis, aut breuis est, vt in* talôu **tallowe** *sebum; aut deducta, vt in* täl **tale** *fabula aut computus: lata, vt in* tâl **talle** *procerus. Hunc sonum Germani exprimunt per* aa. *vt in* maal *conuiuium,* haar *coma: nos vnico charactere, circumflexo* â. *contenti erimus.*

E, *breuis est hac formâ* e, *vt in* net *rete: et longa sic,* ë; *vt in* nët **neate**. *i. nitidus adiectiuum: Substantiuum* **neate** *significat omne genus bonum.*

I, *est tenuis, aut crassa: tenuis est breuis, aut longa: breuis sic notatur* i, *vt in* sin **sinne** *peccatum: longa sic* ï. *vt in* sïn **seene** *visus, a, um: crassa autem fere est diphthongus* ei; *sed quia sono exilior paulò quã si diffunderemur in* e, *retinebimus antiquum illũ & masculũ sonum, atq; vnà etiam laudem quam Iustissimus Lipsus nobis detulit in Reginâ, in amicâ vitâ, &c. eũq; signabimus hoc charactere* j. *vt in* sjn **signe** *signũ. Omniũ differentia est in* win **winne** *vinco,* wïn **weene**, *opinor,* wjn **wyne** *vinum.*

O, *parvum aut breve, est vulgariter notum: magnum sic deinceps notabitur* ö. *Differentia ea est quæ inter* pol **polle**. *i. capitulũ lepidissimum, &* pöl **pole** *aut,* **poale**, *id est, pertica mensuræ genus.*

V, *est teuuis, aut crassa: tenuis* v, *est in Verbo* tu vz **vse** *vtor: crassa breuis est* u. *vt in pronomine* us *nos;*

aut

aut lõnga ü: *vt in verbo tu* üz **oose** *scaturio, aut sensum exeo more aquæ vi expressæ.*



Cap. IIII.

De Consonis.

Monitio.

QVæ in priori editione de consonis scripsi, i's rationum fundamentis nituntur; quæ nulla vis conuellere aut labefactare potest. Tamen quia idonei characteres in typographijs ad manum non sunt: quia ab usitatâ scribendi formulâ nimium distare videntur: dabo me vulgo quantum licet; & si humanis Lectoribus utar, veniam (spero) facilem impetrabo; si dum necessitati, & consuetudini inseruio; simplos quosdam sonos duplici charactere exprimam. Hoc igitur sedulò præmoneo, compositos illos characteres ch. ng. sh. th. wh. pro simplicibus tantùm sonis, & literis simplicibus vsurpari: quas quidem vt in priori editione calamo describere necessum erat; ita posthac, vbi à typis idoneis instructior erit officina, suis formis expressas inuenies.

COnsonantium divisiones labiales, dentales, &c: nihil ad nos: Sed omnes in posterum vnicum sonũ obtinere iubemus; & b, d, g, k, p, q, t, *Mutas cum alijs consentimus.* In l, m, n, r, x, z; *nihil mutamus.* C *excludimus quia litera infausta, quia non necessaria, quia in eius sono erratum est: cum aspiratione tamen admittimus ad alios vsus. Et quia cum errore confligo, hoc primùm interrogo; Si omnibus antiquis omnes consonæ vnisonæ: qui nos homines sumus, vt in rebus communis iuris, communia decreta mutare audeamus? qui* c, g, t, *bisonas facimus? Si Mutas ipsi concedimus, quare* c, & t, *sæpius protollimus vt* ſ? *quare* g, *ante* e *&* i, *sono quodam barbaro & peregrino? Sed*

imede-

medelâ opus est, non vulnere. Venio igitur ad illa in quibus aliquid mutatum est. D, & t, *antiquum sonum obtinento: sed quia illis aspiratis non rarò vtimur; vbi* th *densum occurrit, Saxonum maiorum nostrorum characterem* ð, *substituemus; vbi tenue, ipsum* th, *pro Theta* θ, *scribemus, vt* ðis thing *hæc res.*

Veritas, & feritas, sunt vicina sono: primarum literarum formatio vtriq; eadem, superioribus dentibus ad labium inferius depressis cum sufflatu quodam; densiori tamen & pressiori in v. quam in f. Auderem igitur aliquid adijcere ipsi f, quo sonus iste indicetur; nisi & ipsa consuetudo ferret, vt medium illud. c. siue densum. per v, consonam pingere liceat: vt fail *defectus,* vail *velum.*

X. ch. Græcorum in initio nunquam vsurpamus, in medio, & fine sæpe; & per gh, *male exprimimus: posthac sic* ð. *scribemus: vt in* waiħt inuħt **weight inough** *satis ponderis.*

Q exulare cupimus, quia k *ad vsum satis; rarò etiam occurrit nisi in illis quæ à Latinis mutuamur. Sed quia sonum non mutat, & sede vnicâ ante u, contenta est, eam sub vexillo literæ* k. *militare permittimus.*

N *in illis est quas nihil mutare diximus: at si* k, *aut* g, *sequatur, paulum minuenda est nostra sententia: neq; enim (si accuratè expendas) planè ita profertur in* thank & think *quemadmodum pronunciatur in* hand *manus,* & nön **none** *nullus. Sed ne adeo nasutuli videamur vt nihil vetustate rancidum ferre possimus: quia* k, *ibi clarè auditur, nec congruum esse reor quicquam veritati propinquum immutare; monuisse tantum volui, sed te invito non mouisse tamen. At si* g *subsequatur vt in*

thing *res*, & song *canticum*; *quia sonus literæ* g *ibi nullus est, at semivocalis planè alia quæ ab* n, *non minùs distat quàm* m; *literæ* ng. *vna erit ex illis compositis, quibus fas esse volui sonum simplicem indicare, ut in* sing *canta*, & among *inter. huc etiam refer illa in quibus* g, *ab* n, *ratione sequentis liquidæ quodammodo distrahitur*, a spangl *nitella*, tu intangl *implicare*.

W, & y, *incertas hactenus sedes habuerunt; neq́ enim suum tantummodo locum ante vocalem tueri contentæ fuerunt, sed etiam vocalibus præpositis subiunctiue in diphthongos coaluerunt, vt in* **strawe** *pro* strâu *stramen*, **law** *pro* lâu *lex*, **ewer** *pro* ëuer *æqualis. Sic & y, in* **ioy**, *pro* ʒoi *gaudium*, **they** *pro* ðei *illi*, & *c*: ỳ, *etiã apud antiquos pro primâ personâ solitariam se stitit: vt* ỳ, *pro* I, *ego. At si quis sonorũ æquus æstimator vsum earũ apud nos perpendat, inveniet esse consonas. Nam qui dictionibus á vocali incipientibus præponimus* an, mjn, ðjn; *vt* an unkl *avunculus*, mjn aunt *mea amita*; *ante* w. *et* y, *in initio dictionis* a. mj. ðj *vsurpamus, quemadmodum ante reliquas consonantes: vt* a water *aqua*, mj wurd *meum verbum. Quare vt locum suum & vim propriam sortiantur eas cum potestate consonantium, vocalibus alijs præire, non subsequi iubemus; vt in istis*, a wäst **waste** *desertũ* a wel *fons*, a wjnd **wynde** *ventus*, a world *mundus*, wud **woodde** *sylua*; Yarn *metaxa*, a yelk *vitellum oui*, yis **yes** *etiam*, a yõk **yoke** *iugum*, yuth **youth** *iuvenis*. *Et si hic sit lapis Lydius ad consonantium examen; etiã, et* h, *consona potius erit, quàm pura aspiratio: Nimium enim superstitiosè grammaticus esset, qui scriberet aut diceret* Hi brouȟt mi tu mjn hors, *pro* mj hors, *ad equum meum me deduxit*.

W. *aspiratum, consona*

eſt, quam ſcribunt per wh. & tamen aſpiratio præcedit. Ille namq; voces quæ per wh, ſcribuntur; poſſunt, atq; etiam ad exempla maiorum ſcribi debent per hw, aut hu. ita enim, nihil aliud inde colligi queat, quàm quod ex ipſo wh, intelligimus : vt wïl ſiue uïl **weele** naſſa; hwïl ſiue huil **wheele** rota. Tamen quia noſtra experientia docet, w, & wh, veras eſſe ſimpliceſq; conſonas, in quarum elatione u ſuggrunnit tantùm, non clara vocalis auditur; ideo illud w. ante vocales aut diphthongos ius aſſignatum obtinebit: at wh, mala tantùm conſuetudine valebit in what quid, wheðer uter, & ſimilibus.

Ventum eſt ad sh. shä. ch. che. & ȝ. dzyï. Et primus quidem ſimplex eſt ſonus, [illegible] dextrum referens, poſteriores, ch, & ȝ, ſunt duplices conſonantes. etenim ſi illi sh, præponas t; habes tsh; ſi d, habes dsh; niſi quod hîc s aliquantulum vergat in z. Primum igitur ſonum ex illis tribus exhibemus per s, aſpiratum ſic sh, & tamen quum ſimplex ſonus ſit, vnico tantum indice ſcribendus eſſet, ut tu shäv rado: ſecundum per ch; vt, chäſt caſtus, a, um: tertio in loco poſtliminio redibit Saxonicum ȝ, vt in ȝuȝ **iudg** iudex; ȝuȝment **iudgement** iudicium. Habes ſonum, & cum ratione formam; nec vultu tetricam, nec ſcriptu difficilem, Ecce igitur Alfabetum integrum & perfectum: ſi numerum ſpectes, viginti quatuor literarum : a, b, ch, d, e, f, g, ȝ, h, i, k, l, m, n, o, p, r, s, t, u, w, x, y, z, Si poteſtatem quadraginta; ſex plurium quam Ruſſi habent, aut Servij, aut Croatij, quarum ſic eſt

Figura	*nomen*	*potestas*	*vsus novus*	*antiquus*	*significatio.*
A.a.	*a. exile*	*breve*	Mal	**Mal**	*Mariola*
Æ. ä.	*â.exile*	*longum*	mäl	**male**	*mas*
A. â.	a.*latum*	*longum*	mâl	**mall**	*marcus*
B.b.	*bï. bee*	*b. latinum*	a briȝ	**bridge**	*pons*
Ch ch	*che*	*ch:*	tu chanȝ	**change**	*muto*
D. d.	*dï. dee*	*d. latinum*	dëth	**death**	*mors*
Ð.ꝺ.	ꝺï. *thee*	δ *Oxoniensiũ*	ꝺoħ	**though**	*quamvis*
E.e.	'	ἐψιλόν.	best	**best**	*optimus*
Є. ë.	"	Ητα.	bëst	**beast**	*bestia*
F. f	*ef.*	φ *vt in*	fjn	**fine**	*nitidus*
V. v.	*ve.*	β *Oxoniensiũ*	*v* jn	**vine**	*vitis*
G. g.	*ga.*	*nil mutat*	gud	**good**	*bonus*
ȝ.	ȝi.	*dzy, j, dge.*	a baȝ	**a badge**	*hoc insigne*
H. h.	*he.*	*nil mutat*	hõli	**holy**	*sanctus a.um.*
Ħ. ħ.	*eih.*	χ *gr. gh*	boħt	**bought**	*emptus a.um.*
I. i,	*i. i.*	*tenue breve*	kin	**kinne**	*cognatio*
I. ï.	*j.* i.	*tenue longũ*	kïn	**keene**	*acutus*
J. j.	j. *ei.*	*exile*	kjn	**kyne**	*vaccæ*
K.k.	*ka.*	*nil mutant*	kap	**cappe**	*pileus*
Q. q.	*qu.*		quins	**quince**	*malũ cydoneũ*
L.l.	*el.*		läzi	**lasie**	*ignauus*
M. m	*em.*		mün	**moone**	*luna*
N. n.	*en.*		nün	**noone**	*meridies*
G. ng.	*eng.*	*ng aut* ŋ *ut*	dung	**dung**	*fimus*
	malè	*pronũciatur*			
O. o.	o.	Ομικρὸν	tu kol	**to coll**	*collũ amplecti*
Ꝏ. ö.	ö	ωμέγα	a köl	**a coale**	*carbo*

P. p.

Figura	*nomen*	*poteſtas*	*vſus novus*	*antiquus*	*ſignificatio.*
P.p.	*pï.*	*nil variant*	tu prëch	preach	*concionor*
R.r.	*ar.*		tu run	to runne	*curro*
S.ſ.s.	*eſ.*		a ſun	a ſonne	*filius, aut*
				or ſunne	*ſol*
Sh.ſh.sh	*sha*	ש *ſh*	shäm	ſhame	*pudor*
T.t.	*tï tee*	*nil variat*	tü	two	*duo*
Th.th.	*thï*	θ *th*	a thiſtl	thiſtle	*carduus*
V.v.	v	ὕψιλον	ſvr	ſure	*certus*
u.u.	*u*	*u breve*	ſpun	ſpunne	*netus a.um.*
ü.	ü	*u longum*	a ſpün	ſpoone	*cochleare*
W.w	*we*	*w German*	wet	wette	*vdus*
wh.	*whe*	*hu*	tu whet	tu whet	*acuo*
X.x,	*ex*	*nil mutat*	ax	ax	*ſecuris*
Y.y.	*ya*	*i lat. ante vocalem*	a yvth	a youth	*iuvenis*
Z.z.	*ez*	*nil variat*	zël	zeale	*zelus*

maximus eius vſus eſt in fine dictionum, az, ðez, ſez. vti hæc maria.

Literæ ergo ſono affines hæ ſunt.

b p } d t } g k } v f } *Hîc non opus eſt exemplis.*

wh	*vt*	which	**which**	*quæ*
w		wich	**witch**	*venifica*
ð	*vt*	ðis	**this**	*hic*
th		thiſtl	**thiſtle**	*carduus*
n	*vt a*	tun	**a tunne**	*dolium*
ng		tung	**a tongue**	*lingua*
z		ðez	**theſe**	*hi*
ſ		ſau	**ſawe**	*viderunt*
sh	*vt*	shau	**Shawe**	*Sauum*
ch		chau	**chaw**	*mandentem*
ʒ		ʒau	**iawe**	*mandibula*

Aſpirationes etiam h. & ħ, eam habent cognationem, quam in Hæbræis literis ה, *&* ח, *in Græcis* (ʽ) *&* χ. *Reliquæ conſonantes, l. m. r. x. y. & quinque vocales, ſunt in ſuo ſono quodammodò ſolitariæ.*

CAP. V.

Diphthongi propriæ.

D*iphthongi ſunt propriæ, aut impropriæ: proprias dico quæ apud homines cultioris ſermonis in vſu ſunt; improprias, quas dialecti tantùm vſurpant. A præponitur* e, *in* aerj **aerie** *aereus.* o *nunquam; ſæpius* i, *&* u, *vt, in* aid *auxilium*; bait *eſca*; laun *ſindonis ſpecies*; *&* a paun *pignus: vbi aduerte* au *nihil differre ab* â. *Eodem enim ſono proferimus* a bâl, **ball** *pila*; *&* tu bâl, **baule**, *vociferari: at vbi verè diphthongus eſt,* a, *deducitur in* â, *vt* âu **awe** *imperium*; âuger *terebra.*

(E) *rarò præponitur* a, *niſi fortè ſequatur* r; *dicimus enim* an Earl *comes*, *ita vt* a, *aliquantulum audiatur*; *in cæteris* ëgl **eagle** *aquila*, ëz **eaſe** *otium*, *tu* ët **eate** *edo*, *& ſimilibus*, *malè inſeritur* a, *obmuteſcit enim*. *Nec* e, *ſæpiùs præponitur* i, *dicimus enim* hëi, *adhortantes aut laudantes*, *&* ei **eye** *oculus*, ëi *etiam*, *ita*: *vbi tamen ſonus vocalis*, *exiguum diſtat ab illo qui auditur in* ðjn *tuus*, *&* mjn *meus*. E *antiquis præceſſit* o, *ſcripſerunt enim & pronunciarunt* eower; *quod hodie ſcribimus* your; *veſter.a.um. quod ipſum in alijs factitatum exiſtimo*, *vbi præponimus* y. E. *ſæpiùs præcedit* u, *vt*, *in* ëu **eawe** *ovicula*, fëu **fewe** *pauci*, fëuer **fewer** *dapifer*.

I. *cum* e, *in diphthongum coaleſcit in* dïer, *dama vel carus*: j *etiam*; *in* fjer *ignis*, hjer *merces*, *&c. cæteris vocalibus*, *i*, *ſubiungitur in diphthongos*; *vt*, *in* wai *via*, ei *oculus*, ȝoi *gaudium*, tu akquit, *aut* akqujt *libero*, *aut abſolvo*.


O. *aliquoties præcedit i*: *vt*, *in* toiz **toyes** *nugæ*; *& in triphthongo* buoi **boy** *puer*; *ſed* boi *dialectus eſt Borealium*. *Aliquando pro* O. *indifferenter vſurpamus* ü, *ante i*. *Dicimus enim* toil, *aut* tüil *labos*; broil, *aut* brüil *tumultus*; ſoil, *aut* ſüil *ſordes*.

Vocali u, *aut* ομικρὸν o, *præponimus*, *aut* ωμέγα ő, *vt in* bound *vinctus*, *a*, *um*; Sound *ſonus*: ő, *vt in* blőun *flatus*, *a*, *um*: thrőun **throwne** *iactus*, *a*, *um*. *Sic differunt* a bou **bough** *ramus*; *&* a bőu **bowe** *arcus*; a boul *globus ligneus*, *&* a bőul **bowle** *ſinum*. ü *antecedit i*, *in* ȝüint **ioint** *iunctura*; *in* brüil **broile** *torreo*; büil **boile** *coquo*; *in* büi **boy** *index anchorarius*; *&c*.

Nec

Nec tamen in omnium diphthongorum elatione, utrique vocali ſonus integer ubique conſtabit. Etenim vocalis præcedens ſæpenumero acutiùs ſonare videtur, & clariùs: in ai, & ei, ita aures implere, ut.i. ſubiungi æquius eſſet, quam ad latus adhærere. aeri *fere triſſyllabum eſt;* earl *mobilis; apud alios enim diphthongus valet, hîc* ërl *auditur, illîc* erl. *Quæ autem vocalium aut diphthongorum variatio eſt ratione accentuum, pòſt dicetur.*

Et quis iam, cui ſunt aures, inficias ibit, ſermonem Anglicum eſſe longè ſuauiſſimum; quem tot varii ſoni, tot literæ, tot diphthongi vſitatæ, præter improprias, modulentur?



Cap. VI.

Dialecti: vbi etiam de diphthongis improprijs.

Dialecti præcipuæ ſunt ſex: Communis, Borealium, Auſtralium, Orientalium, Occidentalium, Poetica. Omnia earum idiomata nec noui, nec audiui; quæ tamē memini, vt potero dicam. Ai, pro j, *Borealium eſt: vt in* faier, *pro* fjer *ignis: Et* au *pro* ou, *vt* gaun, *aut etiam* geaun, *pro* goun *toga: & pro* ü, *vt pro* wünd **wound** *vulnus,* waund. *Illis etiam frequens eſt* ea *pro* e, *vt* meat *pro* mët *cibus; & pro* o, *vt* beað *pro* both *ambo. Apud meos etiam Lincolnienſes audies* toaz, *&* hoaz, *pro* töz *digiti pedum, &* hőz **hoſe** *caligæ. Efferunt &* keſt, *aut etiam* kuſn, *pro* kaſt *iactus, a, um;* fula, *pro* folőn; klöth *pro* kloth *pannus; & contra* ſpokn, *pro* ſpökn

dictus

dictus: dün, *pro* dun *factus*: *&* tüm, *pro* tjm *tempus*: rjch *pro* rich *dives*: ðör, *pro* ðër *illic*: brïks, *pro* brichez *braccæ*: ſeln *pro* ſelf: hez, *pro* hath: aus *pro* âlſo: ſud, *pro* shüld: J'l, Jſt, *aut etiam* ai'l, aiſt, *pro* J wil, *futuri ſigno*: *vt & in reliquis perſonis*, ðou'l, *aut* ðouſt; *pro* ðou wilt, ðou shalt, *& ſic in reliquis*: hï'l, *aut* hïſt; wïl, you'l, *aut* youſt; ðei'l, ðeiſt, *aut* ðei ſal. *In ai, abÿciunt i, vt pro* pai *ſoluo*, pä; *pro* ſai *dico*, ſä; *& pro* ſaid, ſed. *Pro* u, *&* ü, *ſubſtituunt* v: *vt, pro* gud kük, gvd-kvk, *bonus coquus. voces etiam nonnullas pro vſitatis fingunt: ut* ſtrunt *&* runt, *pro* rump *cauda*: ſark, *pro* shirt *camiſia*; *pro* go *ito*, gang, *& inde* gangrel *mendicus*; *pro* went, yed, *aut* yöd *ibam, ab antiquis etiamnum retinent.*

Auſtrales vſurpant ü, *pro* ï, *ut* hü, *pro* hï *ille*: *v, pro* f; *vt*, vil, *pro* fil *impleo*: *tu* vech *pro* fech *affero*: *& contra* f, *pro v. vt* fineger, *pro* vineger *acetum*; ficar, *pro* vicar *vicarius. Habent &* o. *pro* a. *vt* ronk, *pro* rank *rancidus, aut luxurians, adiect; ſubſtantivum etiam ſignificat ordines in acie, aut alios. Pro* s. *ſubſtituunt* z. *vt* zing *pro* ſing *cano*: *&* Ich, *pro* J *ego*: cham, *pro* J am *ſum*: chil, *pro* J wil *volo*: chi vör yi, *pro* J warant you, *certum do. in* ai *etiam poſt diphthongi dialyſin, a, odioſè producunt: vt, to* päi *ſolvo*, ðäi *illi.*

Orientales contra pleraq; attenuant: *dicunt enim* fir, *pro* fjer *ignis*: kiver, *pro* kuver *tegmen*: *ea, pro* a. *vt, to* deans, *pro* dans *ſaltare*: *v, pro* f, *vt* velöu, *pro* felöu *ſocius*: z, *pro* s, *vt* zai, *pro* ſai *dicito.* Ισχνότητ *autem illam magnopere affectant* πυγσόλοι *noſtræ Mopſæ, quæ quidem ita omnia attenuant, vt* a, *&* o, *non aliter perhorreſcere videantur quam Appius Claudius* z. *ſic etiam nöſtræ non emunt* laun, *et* kämbrik, *ſindonis ſpecies*; *ſed* lën, *&*

kembrik : *nec edunt* käpn *caponem*, *sed* këpn, *&* *ferè* kïpn: *nec vnquam liguriunt* bucherz mët, **butchers meate** *i.carnem à lanijs.sed* biccherz mït. *Et quum sint omnes* ʒintlimin, *non* ʒentlwimen. *i. matronæ nobiles*; *ancillas non vocant* maidz *sed* mëdz. *Quod autem dixi de* a, *recanto*; *nam si quando ô gravistrepum audiretur, locum concedunt ipsi* a, *sic enim aliquoties ad me pippiunt*; I pre ya gï yar skalerz lïv ta plë ; *pro* I prai you giv yür skolars lëv tu plai. *Quæso concede tuis discipulis veniam ludendi.*

At inter omnes dialectos, nulla cum Occidentali æquam sapit, barbariem; *et maximè si rusticos audias in agro Somersettensi: dubitare enim quis facilè posſit vtrum Anglicè loquantur, an peregrinū aliquod idioma. Quædam, enim antiquata etiamnum retinent*; *vt* sax *pro cultro*, nem *aut* nim *accipe*; *quadam sua pro Anglicis vocabulis intrudunt, vt* lax *pro parte* ; toit *pro sedili* ; *& alia. Sed & legitima corrumpunt, quadam vsu, quadam pronūciatu: vt* wïz wai *pro freno*; wïtpot *pro farcimine*; ha vang *huc proÿce, aut etiam arripe proiectum*; *item* hï vangd tu mi at ðe vant. *i. in baptisterio pro me suscepit:* zit am. *i. sede*; zadrauk *pro* aſſay ðerof *gusta*; hj iz gön a-vïsht, *pro* a fiſhing *abÿt piscatum. Sic etiam protollunt* throttïn, *pro* thirtin 13. narger, *pro* naröuer *angustior*: zorger, *pro* mör soröuful *tristior. Præponunt etiam i, participÿs præteritis à consonanti incipientibus*; *vt* ifrör *aut* ivrör, *pro* frözn *gelu concretus*; hav yi idü, *pro* dun; *perfecisti? Hoc etiam peculiare habent, vt nomina anomala vtriusque numeri in* z, *per numerum vtrumque varient* : *vt* höz **hose** *sing* : *& plur* : *caliga vel caligæ*; *apud illos singulariter manet* höz, *et pluraliter fit* hözn:


sic.

sic pez, *communiter pisum vel pisa, cum illis fit pluraliter* pëzn *pisa.*

Communis dialectus aliquando est ambigua. Audies enim inuf, *et* inuħ **inough**, *satis:* ðai, *aut* ðei **they**, *illi; tu* flït, *aut tu* flöt **floate** *aquæ innatare*; hâlberd, halberd, *aut* hölberd *bipennis, sic* toil, tüil; ſoil, ſüil; bjld bild, bvld, *vt ante dictum.*

Dialecti poetis solis ex scriptoribus concessæ; quibus tamen, exceptâ communi, abstinent; nisi quod rythmi, aut iucunditatis causâ sæpiusculè vtuntur Boreali; quia suauissima, quia antiquissima, quia purissima, vtpote quæ maiorum nostrorũ sermoni proxima. Sed quia dialectum suam Metaplasmi solâ licentiâ defendunt, de eâ satis dicetur vbi ad prosodiam peruenerimus.

Et quod hic de dialectis loquor, ad rusticos tantùm pertinere velim intelligas: nam mitioribus ingenijs & cultiùs enutritis, unus est ubique sermo & sono, & significatu. De venenato illo & putidissimo ulcere nostræ reipub. pudet dicere. Habet enim & fæx illa spurcissima erronum mendicantium non propriam tantùm dialectum; sed & cantum siue loquelam, quam nulla unquam legum vindicta coercebit, donec edicto publico cogantur Iustitiarii eius auctores in crucem tollere. sed quia tota hæc dialectus, unà cum nocentissimis huius amurcæ sordibus, peculiari libro descripta est; quia exteris hominibus nil commodi allatura; ex oratione meâ circumscribam.



CAP. VII.


De syllabâ.

Vulgatas Grammaticorũ notiones de syllabis mitto: in nostris vnicum illud obseruandũ est, aliquas solis constare consonis; quod in nullâ aliâ quam scio linguâ fit. In syllabis autem istiusmodi, necesse est ex liquidis ali-

quam reperiri,aut cum mutâ; aut solitariam:ut,in brj-dl *frænum*; tj-tl, *titulus. Et quamuis scribi solerent huiusmodi per vocalem* **e**, *in fine additam* **bridle, saddle, title**; e, *tamen illud elingue est; vt etiam in illis vbi una tantùm liquida reperitur; ut in* **oxen** *boues, legimus* ox-n, *non* ox-en *neque enim magis quicquam in vltimâ auditur, quam in nec, vbi detraxeris ec. Sic etiam fit in* bidn *iussus,non* **bidden**; *in* öpn *apertus, non* **op-en**.*in* sadl *epippium non* sadle. *Iam si possis legere,hac sunt de Grammaticâ satis. experire.*

,, Kontent whü livz with trj'd estät,
,, **Kontent who liues with try'd estate,**
Contentus quì viuit cum expertâ fortunâ,
,, Nïd fër no chanȝ of frouning fät:
,, **Neede feare no change of frouning fate:**
Opus habet timere nullam mutationē corrugantis frontem fati.
,,But hi ðat siks,for unknöun gain,
,, **But he that seekes for unknowne gaine,**
Sed ille qui quærit [propter] *ignotum lucrum,*
,, Oft livz bj los,& lëvz with pain.
,, **Oft liues by losse, and leaues with payne.**
Sepe viuit ex damno, & desinit cum dolore.

Quod tuâ causâ verbum verbo reddiderim condonabis, sicubi Latini sermonis candor obnubitur. Sed ad ulteriorem legendi facultatem psalmum unum aut alterum perleges,idque sine interprrtatione.



PSALM. LXII.

1 TRvlj mj söul waiteth upon God: from him *kumeth* mj saluäsion. 2 Hï önlj iz mj rok & mj salväsion: *Hï iz* mj defens. J shal not bi grëtlj müved

müved. 3 Hou long wil yï imaʒin miſchïf a-
gainſt a man? yï ſhal bi ſlain âl ofyü : az a bouing
wâl *ſhal yi bï*: *and az* a totering fens. 4 Ðëi önlj
konſult tu kaſt *him* doun from his exſelenſj, ðëi de-
ljt in ljz : ðëi bles with ðëir mouth, but ðëi kurs
inwardlj. Selah. 5 Mj ſöul wait ðou önlj upon
God: for mj expektaſion *iz* from him. 6 Hï önlj
iz mj rok & mj ſalväſion; *Hï iz* mj defens; J ſhal
not bi müved. 7 In God *iz* mj ſalväſion and mj
glöri: ðe rok of mj ſtrength *and* mj refvʒ *iz* in God.
8 Truſt in him at âl tjmz yi pïpl; pour out yür hart
biför him : God *iz* a refvʒ for us. Selah. 9 Svrlj
men of löu degrï ar vaniti, *and* men of hj degrï ar a
lj: tu bi laid in ðe balans, ðëi ar âltogeðer ljhter ðen
vanitj. 10 Truſt not in oppreſion, bikum not
vain in roberj: if richez inkrës, ſet not yür hart *upon
them.* 11 God hath ſpökn öns; twjs häv J härd ðis,
ðat pour *bilongeth* unto God. 12 Ælſo uuto ðï, ô
Lord, *bilongeth* merſi : for ðou rendereſt tu everj
man akkording tu hiz wurk.

PSAL. 67.

1 GOd bi merſiful vntu us, and bles us: and kauz
hiz fäs tu ſhjn upon us. Selah. 2 Ðat ðj wäi
mäi bi knöuu upon ërth, ðj ſaving hëlth among
âl näſions. 3 Let ðe pïpl praiz ðï, ô God; let âl
ðe pïpl prais ðï. 4 O let ðe näſions bi glad, and
ſing for ʒoi : for ðou ſhalt ʒuʒ ðe pïpl rjhteuſlj, &
govern ðe näſionz upon ërth. Selah. 5 Let ðe
pïpl praiz ðï ô God; let âl ðe pïpl präiz dï. 6 *Ðen*

ſhal ðe ërth yïld hir inkrës; *and* God, ïvn our ōun
God, ſhal bles us. 7 God ſhal bles us, and âl ðe
endz of ðe ërth ſhal fër him.

PSAL 96.

1 O Sing untu ðe Lord a nv ſong: ſing untu ðe
Lord âl ðe ërth. 2 Sing untu ðe Lord,
bles hiz näm: ſheu fürth hiz ſalväſion from dai
tu dai. 3 Dëklär hiz glōri among ðe hëðen:
hiz wunderz among âl pïpl. 4 For ðe Lord
iz grët, and grëtlj tu bi praized: Hï *iz* to bi fëred
abuv âl Godz. 5 For âl ðe godz of ðe näſi-
ons *ar* jdolz: but ðe Lord mäd ðe hëvnz. 6 Onor
& Mäȝeſtj *ar* bifōr him: ſtrength & beuti *ar* in hiz
ſanktuarj. 7 Giv untu ðe Lord (ô yï kindredz
of ðe pïpl) giv untu ðe Lord glōri and ſtrength.
8 Giv untu ðe Lord ðe glōri *dv untu* hiz näm:
bring an ofring and kum intu hiz kürts. 9 O wur-
ſhip ðe Lord in ðe beuti of hōlines: fër bifōr him
âl ðe ërth. 10 Säi among ðe hëðen ðat ðe Lord
rëineth: ðe world âlſo ſhal bi eſtabliſhed ðat it ſhal
not bi müved: Hï ſhal ȝuȝ ðe pïpl rjhteuſlj. 11 Let
ðe hëvnz reȝois, & let ðe ërth bi glad: let ðe ſë rōr
and ðe fulnes ðërof. 12 Let ðe fïld bi ȝoiful, & âl
ðat *iz* ðerin: ðen ſhal âl ðe trïz of ðe wud reȝois.
13 Bifōr ðe Lord; for Hï kumeth, for Hï kumeth
tu ȝuȝ ðe ërth: Hï ſhal ȝuȝ ðe world with rjhteuſ-
nes, & ðe pïpl with hiz trvth.

PSAL. 97.

1 Ðe Lord rëineth. let ðe ërth reȝois: let ðe mul-
titvd of ðe jlz bi glad ðerof.

2 Kloudz

2 Kloudz & darknes *ar* round about him : rjħteuſ-
nes and ʒuʒment ar ẟe habitäſion of hiz thrŏn.
3 A fjer goeth bifŏr him: & burneth up hiz enemjz
round about. 4 Hiz ljħtningz inljħtned ẟe world:
ẟe ërth ſau, & trembled. 5 Ðe hilz melted ljk wax
at ẟe prezens of ẟe Lord: at ẟe prezens of ẟe Lord
of ẟe whŏl ërth.
6 Ðe hevens deklär hiz rjħteuſnes : & äl ẟe pïpl ſi
hiz glŏri. 7 Konfounded bi äl ẟëi ẟat ſerv grävn
jmaʒez, & bŏſt ẟemſelvz of jdolz : wurſhip him âl
yi godz. 8 Sion härd, & waz glad, & ẟe dauħterz
of Iuda reʒoiſed: bikauz of ẟj ʒuʒments, ô Lord.
9 For ẟou Lord *art* hjħ abuv âl ẟe ërth: ẟou art ex-
alted far abuv âl godz. 10 Yï ẟat luv ẟe Lord, hät
ïvl; Hï prezerveth ẟe ſŏulz of hiz ſaints : Hï deli-
vereth ẟem out of ẟe hand of ẟe wiked. 11 Ljħt
iz ſŏun for ẟe rjħteus, and gladnes for ẟe uprjħt in
hart; 12 Reʒois in ẟe Lord, yi rjħteus : and gïv
thanks at ẟe remembrans of hiz hŏlines.


PSAL. 104.

BLes ẟe Lord, ô mj ſŏul: ô Lord mj God ẟou art
veri grët: ẟou art klŏẟed with Onor & Maʒeſtj.
2 Whü kuvereſt ẟj *ſelf* with ljħt, az with a gar-
ment: Whü ſtrecheſt out ẟe hevnz ljk a kurtain;
3 Whü laieth ẟe bëmz of hiz chamberz in ẟe
wäters; whü mäketh ẟe kloudz hiz charet: whü
walketh upon ẟe wingz of ẟe wjnd.

4 Whü

4 Whü mäketh hiz angelz ſpirits : hiz miniſterz
a flâming fjer. 5 Whü laid ðe foundäſionz of ðe
ërth : *ðat* it ſhüld non bi remüved for ever.
6 Ðou kuvereſt it with ðe dïp az *with* a garment:
ðe wäterz ſtüd abuv ðe mountainz. 7 At ðj re-
bvk ðëi fled: at ðe vois of ðj thunder ðëi häſted
awai. 8 Ðëi go up bj ðe mountainz, ðei go doun
bj ðe valleiz untu ðe pläs which ðou haſt founded
for ðem. 9 Ðou haſt ſet a bound ðat ðëi mai
not pas over : ðat ðei turn not again tu kuver ðe
ërth. 10 Hï ſendeth ðe ſpringz intu ðe valleiz ;
which run among ðe hilz. 11 ðëi giv drink tu
evrj bëſt of ðe fïld: ðe wjld aſes quench ðëir thirſt.
12 Bj ðem ſhal ðe foulz of ðe hevn häv ðëir habi-
täſion which ſing among ðe branshez. 13 Hï
wätereth ðe hilz from hiz chamberz: ðe ërth iz ſa-
tisfjed with ðe frvt of ðj wurkz. 14 Hï kauzeth
ðe gras tu grőu for ðe katel, and herb for ðe ſervis
of man: ðat hï mai bring forth füd out of ðe ërth.
15 And wjn ðat mäketh glad ðe hart of man, and
oil tu mäk *hiz* fäs tu ſhjn. and brëd *which* ſtrength-
neth mans hart. 16 Ðe triz of ðe Lord ar ful
of ſap : ðe ſëdarz of Lebanon which Hï hath
planted. 17 Whër ðe birdz mäk ðëir neſts: az
for ðe ſtork ðe fir trïz *ar* hir hous. 18 Ðe hjħ
hilz *ar* a refvʒ for ðe wjld göts: *and* ðe roks for ðe
kuniz. 19 Hï apüinted ðe mün for ſëznz; ðe
ſun knőueth his going doun. 20 Ðou mäkeſt
darknes, and it iz njħt: whërin âl ðe bëſts of ðe
foreſt du krïp fürth. 21 ðe yung ljonz rör after
ðeir prai, and ſik ðëir mët from God.

22 Ðe ſun arjzeth, ðei gaðer ðemſelvz tugeðer, and
lai ðem doun in ðëir denz. 23 Man goeth fürth
untu hiz wurk: and tu hiz läbor, until ðe ïvning.
24 O Lord hou manifŏuld ar ðj wurks? in wizdum
haſt ðou mäd ðem âl: ðe ërth iz ful of ðj richez.
25 So iz ðis grët & wjd ſë, whërin ar thingz krïp-
ing innumerabl, bŏth ſmâl and grët bëſts. 26 Ðër
go ðe ſhips; ðër iz ðat Leviathan *whüm* ðou haſt
mäd tu plai ðërin. 27 Ðëz wait âl upon ðï ðat
ðou maiſt giv ðem ðeir mët in dv ſëzn. 28 Ðat
ðou giveſt ðem ðëi gaðer: ðou ŏpneſt ðj hand, ðëi
ar filled with gud. 29 Ðou hjdeſt ðj fäs, ðei ar
trubled: ðou täkeſt awai ðëir breth ðëi dj, and re-
turn tu ðeir duſt. 30 Ðou ſendeſt fvrth ðj ſpirit,
ðei ar kreäted: and ðour enveſt ðe fäs of ðe ërth.
31 Ðe glöri of ðe Lord ſhal indvr for ever:
ðe Lord ſhal rejois in hiz wurks. 32 Hï lük-
eth on ðe ërth, and it trembleth: hï tou-
cheth ðe hilz and ðei ſmŏk. 33 J wil ſing un-
tu ðe Lord as long az J liv: J wil praiz mj
God whjl J häv mj bïing. 34 Mj meditäſion
of him ſhalbi ſwït: J wilbe glad in ðe LORD.
35 Let ðe ſinerz be konſumed out of ðe
ërth, and let ðe wiked be no mŏr: bles ðou
ðe Lord, ô mj ſŏul. Praiz yï ðe LORD.
Amen.



ETYMOLOGIA.

Cap. VIII.

De primitiuis, & deriuatiuis.

ETymologia est altera Logonomiæ pars de vocibus, quatenus vna ab aliâ descendit. Vox igitur est primitiua; aut deriuata. Primitiuam dico cuius origo in nostrâ linguâ quærenda non est. exempla, bäb **babe** *infans*; fish *piscis*; tu flater *adulari*. *Nam quamuis* bäb, *aut* flater, *à Gallicis mutauerimus; aut vt illi, sic & nos ab antiquis Teutonibus retinuerimus: (neque enim existimandum est omnes voces quæ Francis nobiscum communes sunt, ab illis in nostrum vsum traductas esse; sed potiùs vtrisque à maioribus Teutonibus permansisse; & illas maximè quæ à Latinis tralatitiæ non sunt)* fish *autē, aut* vish *nobis cum Germanis commune sit, & illud fortasse à pisce: tamen quia hæc in Linguâ Anglicâ nullam priorem radicem agnoscunt, primitiua Anglica iudicantor. Nam si nulla linguis primitiua concederemus, præter illa quæ aliunde deduci non possunt; vniuersas profectò Europæ copias ad summam penuriam redigeremus. Illæ igitur voces primitiuæ nobis censebuntur, quæ in nostrâ linguâ originationem non admittunt. Ab his autem natæ deriuatiuæ sunto: vt, à primo* bäbj *pupus*, tu babl *infantum more balbutire*, a babler *infanticrepus*, babling *garrulitas*, a bäbl *nugæ; itemque à reliquis.*

Deriuata autem sunt duûm generum: nostratia; & peregrina. Nostratia sunt Nomina, verba, aut Aduerbia.

bia. De nominibus proprijs nostratibus ita copiosè scripserunt Versteganus meritissimè noster, & Reliquiarum Britannicarum auctor; vt vltrà quid addere non sit opus. Sed quia Anglicè scripserunt; necesse est vt moneam, omnia ferè Prænomina ab Hebræis, Græcis, aut Latinis esse ductitia, aut à Saxonibus huc vsque retenta. Nomina autem (pauculis Britannicis exceptis, & nonnullis quæ in eorum posteris permanserunt, qui cū Wilhelmo primo è Normannia huc migrarunt) esse pene omnia Saxonica. Agnomina vix quatuor numerantur. Ex communibus autem substantiuis, quædam exeunt in aȝ: *vt*, tilaȝ *cultus*: poundaȝ *quod in singulas libras soluitur: quædam in* ment; *vt* ezment *relaxatio*; käzment *adapertilis fenestella: quædam in* hed, *aut* hüd; *vt*, a lusti *iucundus*, lustihed *iucunditas*; a bruðer **brother** *frater* bruðerhüd **brotherhood** *fraternitas: alia sunt; in* [*nes*] *vt*, a rihteus rihteusnes: *ab* hardi *fortis*, hardines *fortitudo: nonnulla in* ship; *vt*, *à* Lord *Dominus*, Lordship *dominatus. Quin etiam omne Verbum affert Substantiuum agentis in* er: *vt*, a lern *disco*, lerner *qui discit*, a tech *doceo*, techer *doctor. Illa autem à Verbis in* ing, *& substantiua sunt actionis; & Adiectiua: vt*, hering *audientia & audiens.*

Adiectiua multa sunt deriuata in ish; *vt*, a fül **foole**, fülish *stultus*; *& hæc quasi inceptiua sunt: vt*, *à* sâlt *sal*, sâltish *i. ad salsedinem declinans. In* lj *sunt & adiectiua: vt*, *à* gud **good** *bonus*, gudlj **goodlie** *speciosus: & aduerbia infinita; vt*, *à* fäier *pulcher*, fäierlj *pulchrè. Multa per i, fiunt; vt*, *ab* hard *durus*, hardi *fortis: sic à* tröu *reor*, *fit* trv *ratus aut verus*, *inde* trust *fiducia*, *&* trusti *fidelis i. cui fides adhiberi*

potest. Quædam exeunt in sum; *vt, à* twil twilsum *molestus;à* ful *plenus* fulsum.*i. plus satis ita vt nauseam faciat. In* ward *sunt aliqua; vt, à* tu *ad,*toward *aptus adiectiuum,et versus præpositio; à* bak *tergum,*bakward *retro, aut etiam auersus.Composita itē omnia deriuata sunt: vt,à* wurk *opus,et* man *vir, fit* wurkman *opifex; ab* under *subtus,&* stand *sto, fit* tu understand *intelligo. Huc etiam comparata spectant,et diminuta, itemq; quæ à Nominibus, et verbis deflexa sunt: quæ omnia inferiùs agnoscentur.*

*Peregrina nonnulla integra adsumuntur; illa maximè, quorum significata vnà cum ipsis nominibus innotuerunt: ut,*barricada *Hispanicum, munimenti genus est ex viminibus in dolij modū contextis,et terra impletis:*borracha *utris species. Ab Italis habemus pro veluto di tre peli* thrī pjl velvet *holosericū villosum trium pilorū. Sic necessitatis gratiâ harum gentium vocibus vtimur, alias rarò; nisi ioci,aut perititiæ ostentandæ causâ,vt* bravāda,bona roba, *& c̃. Sed & ab Americanis nonnulla mutuamur, vt* maiz *triticum Indicum,&* kanoa *linter è trunco arboris igne & silicibus cauato. Gallica paucula inuiti recepimus. Nam quū Wilhelmus primus ius suum armis vindicaret; ut sui, bello potiores quam literis, ius dicere possent; veteres Saxonum leges Latinè scriptas Gallicè verti iussit, partim suas addidit, sed suo tamen idiomate. Hinc fit, ut præter nonnulla Saxonica, quæ nec Gallicè, nec Latinè verti possunt; omnia fere vocabula forensia sint peregrina; formulæ enim omnes et breuium,& ferme omnes Actoris,& Rei, Latinæ sunt: at qui iudicum placita recensent, ea omnia barbaro quodam sermone scribunt, qui tamen ad Gallicum proximè accedit. Permulta tamen è Gallicis sponte,*

admi-

admiſimus. Nam cum Reges Angliæ, quadringentos circiter annos, permagnas in Gallia prouincias ſub imperio tenuerint; quî fieri potuit vt populus ingenuus & comis, multa inde vocabula non aſportaret, quæ vnà cum ipſa gente in ciuitatem adſcripſit? Sic multa à Gallis traduximus; ſed illa maximè, in quibus Latini ſermonis manifeſta veſtigia; vt, ſuſtenans *alimentū;* maintenans *animi aut victus additio, à manu & teneo.* Redvite *nupera vox eſt à reduco, munimentum pro tempore aut occaſione factum. At vſucapione noſtra ſunt* gräs, *et* fäs. *i. gratia et facies; & plurima alia quæ ad nos integra tranſierunt. Plurima etiam immutauimus; vt,* impregnabl *inexpugnabile, ab* imprenable *à prehendo: ſic* tu embelish, *ab* embellir *adorno à bellus;* tu impoverish *depauperare, à* pobre *pauper;* tu re-kon-per-ſev; *à* re-con-per-cevoir *à capio.*

A Græcis nonnulla fecimus noſtra; zël *à* ζῆλος; *& plurimas voces artis admiſimus;* zodiak, horjzon, hvpotenvſa, perikranium, *&c. Ad Latina venio. Et ſi vſpiam querelæ locus, hîc eſt; quòd otium, quòd literæ, maiorem cladem ſermoni Anglico intulerint, quam vlla Danorum ſæuitia, vlla Normannorum vaſtitas vnquam inflixerit. Nam præter illa paucula quæ maiores noſtri ciuitate donaſſe videantur,* wjn *à vino,* wäſt *à vaſtus, &c. (ſi tamen hæc à Teutonib. ipſi non aſciuerint) infinitus vocum grex irrepſit, quas poſtera ætas aſciuit, & cudendi noua verba prurigo.*

A Latinis in tas, infinita eſt nominum ſeges in ti: *vt,* kommoditi, hvmaniti, perſpikviti; *ex quibus aliqua ſyncopam patiuntur: ut* bounti; *niſi malis à Gallico* bonté *deductum. Sic eodem ſenſu* largis *à largitas. La-*


tinis in io, pileus libertatem donat; si enim inijcias n, *per forum cursitant* opinion, kommendäsion, salutäsion. *Nec legitimam tantùm prolem municipem fecimus; sed spuriam etiam & adulterinã*, dilapidäsion, fruisiön, dominion. *Illa in mentum abijciunt* um, *vt* dokvment, monvment. *Tudo apocapatur in* tvd; *vt*, multitvd, ingratitvd. Order *ab ordo, est eius ordinis solitarius. go variè mutatur; vt à Virgo* virgin, margent, *à margo*; imäg, *ab imago*, virägo *non vitiata manet. Tura abijcit vltimam vt* literatvr, scriptur. *Hîc etiam nonnulla affinximus: vt*, indentvr *syngrapha*, adventvr *pecunia aut merx ad quæstum incertum exposita. Sed ab* over *supra*, overtvr *quod ad tegendum paratur, merè nostra est. Illa in ans, & ens, mutant* s, *in* t; *vt*, vigilant, prudent, *Contra antia & entia migrant in* ans, *&* ens, *vt à temperantiâ, confidentia*; temperans, *&* konfidens. *Quædam tamen adsumunt* i, *vt*, impotensi, konstansi. *Verbalia in bilis exeunt in* bl; *vt* komparabl, imposibl, inkredibl. *Alia in lis, duas vltimas amittunt; vt* fȷnal, material, meridional: sutl *huc spectat à subtilis*; *&* metl *à metallum. Finita in ca, desinunt in* kl; *vt, à manica* manikl: *sic* tvnikl, *his adde* sanikl *à saniculâ herbâ. Illa in ilium variè vertuntur; vt, consilium* kounsel, *exilium* exȷl. *Plurima in tus, duabus vltimis castrantur: vt*, temperat, substitvt; *sic à benignus* benign, *aut* beningn; *à condignus*, cõdign *aut* condingn. *Quædam integra manent: vt*, kovnsul: *& plurima in* or; *vt*, doktor, superior moderätor: *sic multa in* us: *vt*, perspicvus, illustrius, kommodius: *quæ tamen Latinè sunt comparatiua, apud nos sunt positiva tantùm. Quædam his similia cudimus vt* generus .i. *magni animi*, fämus *famosus*, glorius *decorus*;

corus; quæ tamen fictitijs Gallorum in eux *viciniora videntur: vti &* profit *commodum, &* profitabl *commodus, à proficio.*

Quinetiam verborum à Latinis vocibus variæ sunt formæ. Quædam enim ab ipso themate descendunt; vt, tu defend, tu defraud; *à reduco fit* tu redvs. *Illa in ico abijciunt vltimam; vt,* tu magnifj; tu multiplj, *nam* tu suplikät, tu explikät *ventis ferre committimus. Quædam à nominibus oriuntur: vt à pars,* tu impart *impertior; ab importunus,* tu importvn. i. *vehementiùs vrgere; ab intimus,* tu intimät *indico.*

A verbalibus etiam in tus, & sus, magna est nobis verborum frequentia: vt à substitutus a substitvt *nomen, &* tu substitvt *substituo; sic ab incensus,* tu insens *ad iram incendo; à suppositus,* tu suppōz *suppono. Atque vbi huiusmodi in vsu sunt, illa quæ ab ipso themate fiunt* tu propōn, tu expōn, *&c. nondum obtinuerunt.*

Nec tamen existimandum est, omnia harum terminationum Latina, sic fieri Anglica; aut hæc sola: sed has esse vsitatissimas deriuandi formulas. Quæ autem hîc reliqua sunt, si ista studiosiùs inquirere visum est cuipiam; Iohannis Minshei dictionarium etymologicum consulat, & eius στοχασμὸς *pro suo arbitratu aut probet, aut improbet.*



CAP. IX.

Compositio, Comparatio, Diminutio.

E*X communibus vocum affectionibus quibus Etymologia dignoscitur, hæ supersunt. Composita quæ ab alijs linguis assumpsimus ex suis regulis innotescunt. Nos sub-*

ſubſtantiua componimus, *vt* göldſmith *aurifaber*; horſ-man *eques*. *Huc ſpectant ſubſtantiua in* dum. *Nam à verbo* tu dïm *æſtimo*, *fit* dvm *iudicium ſiue ſententia: inde compoſita*, wizdum *ſapientia*, *propriè ſapientis iudicium*; *&* kingdum *regnum*, *vbi rex ius aut ſententiam dicit*. *Componuntur etiam adiectiua*; *vt*, trvſiming *veriſimile: aut vtraq;*, *vt* praiz-wurðj *laude dignus*. *Adiectiua* abl *potens*, ful *plenus*, les *minus*, *&* ljk *ſimilis*, *plerumque ſequuntur in compoſitione*; *& omnia ſic compoſita adiectiua ſunt: vt* sälabl *venalis*; höpful *ſpei plenus*; höples *exſpes*; warljk *bellicoſus*. *Sin adiectiuum præcedat, tota vox aut ſubſtantiuum erit*; *vt*, hâpeni **halfepenni** *medius denarius*: *aut aduerbiū*; *ut*, ljkwjz *ſimiliter*. Munger *inſeparabile eſt*, *& illum denotat qui rem venalem habet*; *vt*, fishmunger *cetarius*. *Cum perſonalibus etiam fit compoſitio*; *vt*, ſelſ-wild αὐθάδης; *&* ſelf-ljking αὐταρεσκία: *componuntur & ipſa inter ſe*, *vt* him-ſelf *ſeipſū*, whatſooðer *ſi quid aliud*. *Ex conſignificatiuis autem inſeparabilibus præpoſitis*, *quædam ſunt* ἐπιτατικὰ a, *&* bi: a; *vt*, tu amät *terreo*; tu avér *vehementiùs affirmare pro vero*, *& ſæpe cum conſona dictionis compoſitæ*: *vt*, tu aſſúr *certum dare*; tu akknöuleʒ *agnoſco*; tu adʒuʒ *adiudico*. bi, *vt* tu bitäk *recipio*, tu bithink *cum animo ſuo cogitare*. *Quædam etiam ſunt* στερητικὰ; un, *&* dis: *vt*, unbid *iniuſſus*; unbleſt *cui non benedicitur*: diſpiteus *immiſericors*; tu diſpraiz *vitupera*. n, *ſolitarium hîc eſt*; *vt* nauħt *vitioſum aut malum*; *&* nöuħt *nihil*, *à* not *non*, *&* auħt *aliquid*: *ſic* nothing *à* no *nō*, *&* thing *res*, *nihil*; *etiam à* wil *volo*, tu nil *nolo antiquis in vſu erat*. Miſ: *inſeparabile eſt*, *& ſignificat malè aut perperam*: *vt*, tu miſtäk *perperam intelligere*;

telligere; tu misplās *malè locare*; mj mjnd misgivz mi. *i. animus mihi aliquid mali præsagit. Huc adijce* for: *ut*, tu forswer *peierare*: inter *aut* enter *à verbo* tu enter *introeo, nobis cum multis gentibus cõmunis facta vox cõsignificatiua, inseparabilis est & semper præcedit in compositione: vt*, interchang *alterna mutatio*; tu intermeddl *intermisceo*; tu enterfēr *calcibus cutem interterere*. *At* soever *semper sequitur, et Latinorũ* cunque *respondet: vt*, whūsoever *quicunque*, whensoever *quandocũque. Inseparabilia etiam Latina cum nostris componimus: vt*, tu return *reuertor*; tu disalou *improbo*; tu impair *aut* empair *deterius aut minus reddere* : *huc refer* tu kounterchang *permutare*, *reliquæ præpositiones pro suo sensu præponuntur, siue nominibus: vt*, outlet *extramissio*; inlet *intramissio*; *siue verbis: vt*, tu overtāk *assequor*; tu understand *intelligo*; tu withhōld *detineo*; tu welkum *aduentui gratulor* : *siue verbalibus: vt*, fōrgoing *præcedens*; forlorn *perditus*; abuvsaid *supradictus*; *siue aliis consignificatiuis* : *vt*, without *extra*; within *intra*.

Et quum plurimæ nostræ voces monosyllabæ sint, & se sponte offerant in compositionem: in hoc multò impensiùs, & etiam fructuosiùs studerent docti; vt aptâ nostrarũ vocũ compositione animi sensa expromerent; & linguam per se vberrimam, etiam ad luxuriem (si id tantopere cupiant) copiosam redderent; potiùs quàm eius nariuum decorem peregrino fuco adulterarent. Hoc autem negotium doctis solis defero; ne imperiti, & audaculi, Nerei repandirostrum, & iucuruiceruicum pecus inducant; aut ipsum fortasse Pacuuium Bombardogladiofunhastaflammiloquentem.


Comparatio est adiectiuorum; & aduerbiorum : vtraque est regularis; aut anomala. Regularis fit aut per signa; aut per formationem comparatiui à positiuo, addito er, *& superlatiui addito* est: *ut*, hard *durus*, harder *durior*, hardest

eſt *duriſsimus* : ſoft, ſofter, ſofteſt, *mollis, mollior, iſsimus. Atq; hæc forma ad adiectiua ferme ſola pertinet. Signa per quæ fit comparatio ſunt in quantitate*, mör *magis*, möſt *maximè. in qualitate*, beter *meliùs*, beſt *optimè. Vt* wiked *impius*, mör wiked *magis impius*, möſt wiked *maximè impius*: lerned *doctus*, beter lerned *doctior*, beſt lerned *doctiſſimus. Quæ tamē ipſa ſigna anomaliā quādā comparationis habent, vt et adiectiua illa quæ ſequuntur.* gud *bonus*, beter *melior*, beſt *optimus*. bad, il, nauħt, *malus*; wurs *peior*, wurſt *peſſimus*. Litl *paruus*, les *aut* leſer *minor*, leſt *minimus*. Much, mör, möſt; *multus, plus, plurimus; aut aduerbialiter multùm, plus, plurimùm; at in numero* mani, mö, möſt; *multi, plures, plurimi. Sic* far, farðer *aut* fürðer; farðeſt *aut* fürðeſt; *remotus, ior, iſſimus; aut longè, longiùs, longiſſimè.* Vnder *infra*, undermoſt *infimus, aut maximè infrà.* Within *intra, aut* inward *internus*; iner *interior aut interius*; inermoſt *intimus aut intimè.* Without *extra*, outward *extra aut externus*; outer *exterior*; outermoſt *aut* utermuſt *extimus aut in extremo.* After *pòſt*, laſt *vltimus, aut vltimò.* Nër, nerer, next, *propinquus, or. iſſimus; &* njħ, nerer, next, *prope, propriùs, proximè. Sic* litl, les, leſt; *exiguùm, minùs, minimè.* Wel, beter, beſt; *bene, meliùs, optimè*: il, badlj, nauħtilj, *male*, wurs *peius*, wurſt *peſſimè.* Oft, ofter *aut* oftner, oftneſt *aut* ofteſt; *ſæpe, ſæpius, ſæpiſſimè.* Beför *ante*, former *prior, &* formerlj *prius*, formöſt, *aut* firſt *primus, aut primò.* Abuv, hjer, hjeſt, *ſupra, ſuperiùs, in ſummo: nam* hjħ, hjer, hjeſt *adiectiuum, exiguam habet anomaliā.* Quikli *citò*, ſüner *citior aut citiùs*, ſüneſt *citiſſimus aut citiſſimè: nam* ſün, *hodie apud plurimos ſignificat ad primam veſperam; olim citò.*

Per er, et eſt, *non comparantur verbalia actiua in* ing; *vt*, luving *amans: nec paſſiua*; *vt*, luved *amatus*; taught *doctus: vti nec compoſita cum* abl, ful, les, ljk, *vt* availabl *vtilis*, mjndful *memor*, faithles *infidus*, ſöldierljk *militaris: neque etiã illa quæ per* jv; ish, *& multa quæ per* lj, *aut* us *terminantur*; *vt*, fvgitjv *fugitiuus*, grinish *ſubuiridis*; dailj *quotidianus, aut quotidie*; fämus *famoſus*. *Huc etiam refer materialia: vt*, gôldn *aureus*, ſtöni *lapideus: item quæ tempus ſignificant, & ordinem; cum multis alijs: vt*, wintrj *hybernus*; ſekond, third; *ſecundus, tertius, &c. Et quamuis aliquando audias* ſtönier, *aut* famuſer; *tamen pro libertate loquendi tolerabilis erit ſermo, potiùs quàm laudabilis ſcriptura. Per ſigna tamen omnia ferè quæ diximus comparantur*; *vt*, mõr luving, möſt luving; beter, *aut* beſt luved. *Atque vt Hebræi, ad ampliorem vocis alicuius ſignificationem, ſyllabas adaugent; ſic nos ſyllabarũ tempora: vt*, grët *magnus*, grëet *ingens*; monſtrus *prodigioſum*, mõnſtrus *valde prodigioſum*, mõõnſtrus *prodigioſum adeo vt hominem ſtupidet. Nonnunquam gemminatâ voce augetur ſignificatio: vt*, an öld man *ſenex*, an öld öld man *multâ ætate prouectus. Atque hæc vltima forma aliquando in ſcriptis eſt; altera in ſermone tantùm.*

Diminuta pauca ſunt. Quædam tamen in et; *vt*, à käs *capſa*, kasket *capſula: nonnulla in* el; *vt*, à pjk *lupus aquaticus*, pikrel *lupulus: itemque in* kin; *vt*, à lam *agnus*, lamkin *agnellus: alia ſunt in* ling, *vt* à güs *anſer*, gozling *anſerculus*: à kat *catus*, kitling *catulus. Diminutio fit nonnunquam ſermoni interiectâ particulâ* tjni: *vt*, a litl man *breuis ſtatuæ vir*; a litl tjni man, *pumilio, aut nanus. De proprys fictitys* ʒak *pro* ʒon *Iohan-*

nes, & ʒil pro ʒilian *Iuliana, &c. nihil attinet; quia sermonis sunt, non scriptionis: & quamuis attributa paruulis, Apocopata tamen potiùs quàm diminuta.*



CAP. X.

Vocum species.

Prima Nomen.

PArtis oratio- nis sunt tres
- *Nomen,*
- *Verbum,* — *Quorum est numerus* — *Singularis,* / *Pluralis.*
- *Consignificatiua dictio, vbi sunt Articulus, Aduerbia, Præpositiones.*

Nomen, est
- *Commune,*
- *Proprium,*
- *Personale,* — *Omnia sunt aut* — *Substantiua.* / *Adiectiua.*

Nomen substantiuum commune est, cui possunt præponi articuli duo, a, *aut* ðe: a *quidem numero singulari ante consonantem; vt,* a man *vir: at ante vocalem,* an; *vt,* an oversier *supra uisor. Respondet hic articulus Germanorum* ein; *Gallorum item, et aliorũ deriuatis ab vno, non numerali sed præpositiuo tantũ: vt,* a hous, ein hausz, un maison, una casa, *domus.* Ðe *vtrisque numeris adiungitur, & respõdet articulo Teutonico* der, die, das, *nisi quod inflexionem non admittit. Reliquæ nominum species his articulis distituuntur, nisi quatneus docetur in syntaxi.*

Anoma-

Anomalia numeri.

Singulari caret, Afairz *negotia*, aſhez *cineres*, belöuz *follis*, daintiz *bellaria*, dregz *feces*, käts *edulia*, ſhamblz *macellū*, ſherz *forſex*, ſizerz *forpex*, tongz *forceps*, evz *extremæ tecti tegulæ*, richez *diuitiæ*, öz *limus marinus*, hachez *fori*, bits *quibus funis anchorarius ligatur*; shroudz, ratlingz, *& alia fortaſſe nauis armamenta*: thanks *grates*, nönz, jdz, kalendz; *nouæ, idus, kalendæ*; armz *arma*, entralz, *et* bouelz *inteſtina*: barbz *phaleræ*. *Accipitrarijs etiam & venatoribus quædā ſunt ſingulari carentia: ut*, krënz *aut* kreanz *aſturis*, *aut fringillarij retinacula*; ljnz *autem ſunt accipitrum longarum alarum*; *ut, Smerilli, & falconum*; geſez *lemniſci*, leſez. *i. relicta porci*, fjants *vulpis*, ſpraints *lutræ*. *Sic* floks *flocci*, nvz *res nouæ*, giblets *anſeris inteſtina pedeſque*; petitöz *pedes porcelli*; umblz *inteſtina cerui*, douſets *teſticuli*, *& tenera cornua*; trinkets *inſtrumenta doliariorum quibus vinum ab vno vaſe exhauritur in aliud. Item herbæ*: bïts *blitum*, hops *lupulus*, avenz *caryophyllatum*: kaperz *capparis*, kreſez *naſturtium*, ſanderz *ſantali, &c. Numeralia*, tv, thrï, föur; *duo, tres, quatuor, &c.*

Plurali carent propria nomina ciuitatum, montium, fluminum, regionum, menſium, item, et virorū ſingulorū: ſic metalla; göld *aurum*, ſilver *argentum*, bras *æs*, tin *ſtannum*: *& frumenta*; whet *triticum*, rj *ſecale*, barlei *hordeum*, rjs *oriza*, bük *fago-triticum*, malt *braſium*; *at* bën *faba*, fich *cicer*, *numero vtroque leguntur*. *Singularia etiam ſunt ex his confecta*; bred *panis*, äl *ceruiſia*, potag *ius*, bier *lupulina*, frumenti *ius è tritico*, chaf *palea*, *itēque* gras *gramen*: hai *fœnum*: *& herbæ*; *vt* fern *filix* ku-

 min

min *cuminum*, garlik *allium*, jzop *hyssopus*, purslain *portulaca*, *&c. & nomina herbarum composita*, *vt*, eibrjħt *eufragia*, pen-irjal *pulegium*, lädiz-mantl *alchimilla*, sheperdz-purs *bursa-pastoris*, hör-hound *marrubiū*, arſ-ſmart *hydropiper*, liver-wurt *lichen*, *&c.Et quæ aliūde desumpta integra manēt:ut* filipendula, fvmiterræ, palma-Kristi, brank-ursina, alkakengi, *&c.Morborū etiā nomina quædā plurali carēt*; ðe gaundis *icteritia*, ðe hed-äch *caphalalgia*, ðe gout *podagra*, ðe stön *calculus*, ðe kolik *colica*, ðe timpanj *tympanitis*, *&c. Humores etiam: vt* koler *cholera*, blud *sanguis*, flëm *flegma*, melankolj *melancholia. Et artes*; Grammar, Logik, Mvzik, geometrj. *Liquida etiam*: huni *mel*, sider *vinum è pomis*, milk *lac*, *præter* water *aqua*, & wjn *vinum*, *quæ numerum vtrunque sortiuntur. Liquabilia etiam hanc formam sequuntur*: buter *butyrum*, glv *gluten*; grës, sëm, *et* fat *adeps*; pich *pix*, *&c. Huc adde plerosque animi effectus*: envi *inuidia*, foli *stultitia*, shäm *pudor*, merth *iucunditas*, *&c. Et multa quæ sine sedibus errant*; aparel *vestitus*, *antennæ item retinaculum quo alligatur malo*; bäkn *suilla fumigata*, bâlm *balsamum aut melissa*, bran *furfur*, bumbast *gossipium*, châk *calx natiua*, draf *sordes*, dros *scoria*, durt *lutum*, dung *fimus*, dust *puluis*, flesh *caro*, foder *pabulum pecorum*, flax *linum*, froth *spuma*, fvd *victus*, hel *gehēna*, hemp *cannabis*, insens *aut* frankinsens *thus*, kanvas *cannabium*, klai *argilla*, luk *omen*, leðer *corium*, ljm *calx*, lëv *venia*, marl *marga*, mäs *macir*, mjħt *potentia*, mud *cænum*, morter *cæmentum*, muk *fimus putrefactus*, musterd *sinapium*, nothing *nihil*, Paradjs *paradisus*, peper *piper*, plät *vasa gentea*, quiet *quies*, relïf *subsidiū*, & *pleraq; alia in* nes,
vt

vt, darknes *tenebræ*, rjꝭteusnes *iustitia, &c. Paucula etiam in* tj, *pluralia leguntur, vt*, komoditjz *commoda*, privitjs *pudēda: cætera ferè omnia in* ti, *sunt Singularia*; *vt*, pvrit, frvgalitj, *à Latinis in tas, &c. sic* a räs *soboles*, rest *quies*, rvth *misericordia*, sivet *sibetū*, sljm *limus*, svil *solum, sordes, aut aqua quam ceruus aut equus turbat*, süt *fuligo*, strjf *lis*, tar *pix liquida*, tinder *fomentum*, timber *materies*, tôu *stupa*, thrift *parsimonia*, welth *opes*, wizdum *sapientia*; wud *lignū*, wul *lana. Plura alia sunt quæ etiam apud Latinos Singularia tantùm sunt*; truth *veritas*, faith *fides*, glöri *gloria, &c. Atque quum multa alia huc referre vellem* sun *sol*, mvn *luna*, milk *lac*, trvs *induciæ*, trust *fiducia*, offal *quisquiliæ, &c. manus tamen mihi iniecit loquendi audacia, & illa vulgi arbitrio linquenda reclamitat.*

Adiectiuis plerisque nulla est differentia numeri, nisi gratiâ substantiui cui adhærent: vt, a gud man *vir bonus*, gud men *viri boni. At* much *multus, a, um*: everi *singulus, a, um*; *ordinalia item omnia*; *vt*, first, sekond, third, *primus, secundus, tertius. Singularibus tantùm*: sundri *varij, æ, a*; mani *multi, æ, a*; al *omnes, ia*, both *ambo, æ*; *Pluralibus solis adnectuntur.*

Quædam ab vno orta variè significant; *vt*, koper *cuprum*, lëd *plumbum*; *at* a koper, a lëd, *significant vasa ceruisiariorum inde facta, & habent pluralem*: lëdz *etiam ædificij tectum plumbeum est & singulari destituitur*. Korn *frumentum singulariter tantùm*; *at* a korn *granum*, kornz *grana*; a flouer *flos*, flouerz *flores*; *at* flouers, *i. menses muliebres, singulari caret*. Bïf *caro bouina*, mutn *ouina*, vël *vitulina, in singulari tantum leguntur*; *at* a bïf *bos*, a mutn *ouis*, a vël *vitulus, habent* bïvz, mutnz,

nz, velz. *Sic* yvth *iuuentus ſingulare tantùm eſt, at à* yvth *iuuenis habet pluraliter* yvths *iuuenes.*

Nomini *accidunt Genus, Caſus, Declinatio. Genera ſunt tria; Maſculinum, Fœmininum, Neutrum. Maſculinum genus comprehendit omnes mares, & quæ ſub maſcula ſpecie intelliguntur; vt, angelos, viros, equos, hos canes, &c. ſolem etiam, ſyderaque omnia quæ Latinis maſcula ſunt: vt, Aties, Saturnus, Arcturus, &c.*

Genus fœmininum mulieres complectitur, & fœminas quaſcunque, equas, vaccas, has canes, Lunam etiam, Venerem, Virginem, Caſsiopeam, &c.

Per προσωποποιΐαν *autem venti maſculi intelliguntur; inſulæ, regiones, vrbes, fœminæ: fluuij, quà maſculi, quà fœminæ; vt hic Iſis* Ouz, *hæc Tama* Täm, *hic Abus* Humber, *hæc Sabrina* Severn, *&c.*

Omnia inanimata Neutra iudicantur.

Caſus *ſunt ſex; qui non terminatione internoſcuntur; ſed aut Loco, aut ſignorum adiectione. Nominatiuus verbo antecedit, Accuſatiuus ſequitur, Genitiui ſignum eſt* Of; *Datiui* Tu, *aut* For; *Ablatiui vna ex præpoſitionibus* in, with, from, *&c. de quibus pòſt; Vocatiui ſignum eſt* ô, *aut* ho, *rarò tamen idque* ἐμφατικωτέρως *adhibetur; vt,*

„ O man! remember ðat laſt biter thrŏu;
„ For az ðe tri duth fâl, ſo ljz it ever lŏu.

Declinationū *differentia petitur à formatione numeri pluralis à ſingulari: Tres proinde ſunt declinationes. Prima eſt Nominum quorum figuratiua vocalis mutatur in plurali; vt* fvt *pes,* fït *pedes;* gvs *anſer,* gïs *anſeres;* man *vir,* men *viri; cum compoſitis* kinzman

cognæ

cognatus, bondm an *seruus*, *pluraliter* kinzmen, bondmen. *His si addas*

Kou	*Pluraliter*	Kjn	*Vacca, æ.*
Lous		Ljs	*Pediculus, i.*
Mous		Mjs	*Mus, res.*
Tüth		Tïth	*Dens, tes.*

habes ferè omnia regularia huius declinationis. Est autem hîc anomalia duplex: Excessus; quum vox plus æquo variatur, vt in wuman *mulier*, wimen *mulieres*; *vbi vocalis vtraque mutatur: huc adde* bruðer *frater*, breðren *aut* breðern *fratres: & Defectus; quum vox est eadem vtriq; numero; vt in* shïp, *ouis, & oues*; Dier *dama aut damæ*; höz, *caliga vel caligæ*; pez, *pisum vel pisa*; odz, *imparitas vel imparitates*; swjn, *sus vel sues*; pïpl *populus aut populi.* *Et fortasse alia ex illis quæ numero anomala esse diximus.*

Secunda declinatio *est Nominum quæ numero singulari adijciunt* s, *aut* z, *in plurali, vt*

ship *nauis*,	*pluraliter*	ships *naues*,
bük *liber*,		büks *libri*,
thing *res*,		thingz *res*,
së *mare*,		sëz *maria*.

Et hîc anomalia duplex est; vna nominum desinentium in f, *quibus in plurali* f, *plerumque ante* z, *vertitur in* v: *vt*, wjf *vxor*, ljf *vita*, lëf *folium*, bïf *bos*; *pluraliter*, wjvz, ljvz, lëvz, bïvz. *Altera est, quum vox pluralis cum singulari indifferenter vsurpatur; vt* muni *aut* muniz *pecunia vel æ, magnam faciunt anomaliam. Huc refer nonnulla herbarum nomina; vt* mint *vel* mints *mentha*, alexander *aut* alexanderz *alexandrina*, brambl *aut* bramblz *rubus*, malöu *aut* malöuz *malua, &c.*

p eni *etiam denarius pluraliter* peniz, *& per syncopam* pens, *anomalum est.*

Tertia declinatio *imparisyllabica, est vocum quarum pluralis, syllabâ vnâ excedit singularem.*

Exempla;

Singulariter		*Pluraliter.*	
a glas	*vitrum,*	glasez	*vitra.*
a kis	*osculum,*	kisez	*oscula.*
a witnes	*testis,*	witnesez	*testes.*
a kountes	*comitissa.*	kountesez	*comitissæ.*

at Singulariter ox *bos,* chjld *infans.* *Pluraliter.* oxn *boues,* children *infantes,* *quandam habent enormitatem. Sic illa, quorum terminus singularis,* s, *migrat pluraliaer in* z; *vt,* hous *domus,* houzez *casæ.*

Obserua *primo: Omnia Nomina cuiuscunq; sunt Declinationis ad vnam formã variari: Dato videlicet nominatiuo, accusatiuo, vel vocatiuo vtriusuis numeri; cæteros casus suis signis internosci: vt,*

			Pluraliter	
Nom. *Accus.*	ðe witnes	*testis,* *testem,*	ðe witnesez	*testes,*
Voc.	ô witnes	*ô testis,*	ô witnesez	*ô testes,*
Gen.	of ðe witnes	*testis,*	of ðe witnesez	*testium,*
Dat.	tu ðe witnes	*testi,*	tu ðe witnesez	*testibus,*
Abl.	with ðe witnes	*cũ teste.*	with ðe witnesez	*cũ testib9.*

Secundo: Propria nomina, quoties pluralẽ admittũt, esse secundæ declinationis; aut tertiæ, si in s, sh, *aut duplicẽ cõsonantẽ videlicet* x, z, ch, *aut* ʒ, *terminẽtur: ut,* Gil Gilz, *secũdæ;* Talbois Talboisez, Finsh Finshez, D'eureux D'eureuxez, ʒjlz ʒjlzez, Zouch Zouchez, Stranʒ Stranʒez,

Strangez, *tertiæ. Proprijs aliunde assumptis nominatiuus vbiq; manet inuariabilis: vt Nom.* ȝvlius Sezar opprefed his kuntri; *Iulius Cæsar oppressit patriam. Gen.* Ðe prjd of ȝvlius Sezar, *superbia Iulij Cæsaris.* Hï fent leterz tu ȝvlius Sezar, *dedit literas ad Iulium Cæsarem: &c. Hinc tamen excipe Genitiuum possidentis, vt* Sizeröz eloquens profited ðe kommon-welth mör ðen Sezarz valor: *Eloquentia Ciceronis plus profuit reip. quam vis animi Cæsaris.*

Notio de Genitiuo.

Genitiuus vtriusque numeri fieri potest à nominatiuo addendo s, *aut* z; *vt* ðe ships takling *armamenta nauis*; menz manerz *hominum mores. Hinc fit, vt Genitiuus Singularis in secundà & tertià Declinatione, sæpe idem sit cum numero plurali: vt,* ðis bükz levz *huius libri folia*, ðe witnefez kredit .i. *fides testis vel testium. Anomala etiam quantum fieri potest, datam regulam sequuntur: vt* ðe dierz attier *cerui cornua*, ljfs shortnes *vitæ breuitas*, an oxez yök *bouis iugum*, ðe houfez furnitvr *supellex.*

CAP. XI.

Personalia.

S*vbstantiua personalia sunt tria: primæ personæ* J *ego, secundæ* Ðou *tu, tertiæ* Hï *ille: quæ sic inflectuntur.*

Singulariter

Nom. I	*ego.*	
Acc. mï	*me.*	
Gen. of mï	*mei.*	
Dat. tu mï	*mihi.*	
Abl. from mï	*à me.*	

Pluraliter

Nom. Wï	*nos.*
Acc. us	*nos.*
Gen. of us	*nostri.*
Dat. tu us	*nobis.*
Abl. from us	*à nobis.*

Singulariter

Nom. Ðou	*Tu.*
Voc. ô ꝺou	*ô tu.*
Acc. ꝺï	*te.*
Gen. of ꝺï	*tui.*
Dat. tu ꝺï	*tibi.*
Abl. from ꝺï	*à te.*

Pluraliter

Nom. yï *aut* (1) you	*vos.*
Voc. ô yï *aut* you	*ô vos.*
Acc. you	*vos.*
Gen. of you	*vestri.*
Dat. to you	*vobis.*
Abl. from you	*à vobis.*

Singulariter.
- *Nom* (2) hï, shï, it; *ille, illa, illud.*
- *Acc.* him, her, it, *illum, illam, illud.*
- *Gen.* of. *Dat.* tu. *Abl.* from him, her, it, ..

Pluraliter.
- *Nom.* ꝺëi *aut* ꝺäi, *illi, illæ, illa.*
- *Acc.* ꝺem, *illos, illas, illa.*
- *Gen.* of. *Dat.* tu. *Abl.* from ꝺem.

Relatiua & interrogatiua sunt whü, which, *&* what: *& respondent qui, quis, quæ, quid, quod. Sing. & Plur. Mas. & Fœm.*

- *Nom.* whü *qui, quis, quæ.*
- *Acc.* whüm *quem, quam.*
- *Gen.* of whüm *aut* whüz *cuius.*
- *Dat.* tu whüm *cui.*
- *Abl.* from whüm *à quo, qua.*

Which *variusque numeri est; omnium item generum, omniumque casuum.*

What *quid, etiam per signa tantùm variatur; & ple-*

rumque interrogat, nisi componatur: vt, ſumwhat *ali-quid* whatſoeuer *quicquid; aut ecliptice, vt* Let us häv what to ët, *pro* ſumwhat *habeamus aliquid quod edamus.* ðis *hic, hæc, hoc, &* ðat *is, ea, id Singulariter:* ðëz *hi, hæ, hæc; &* ðöz *ij, eæ, ea, Pluraliter demonſtratiua ſunt, & caſuum ſignis variantur. Sed* ðat, *relatiuè ſumptum, numerum vtrumque ſortitur; & in Nominatiuo, & Accuſatiuo, eodem ſenſu vſurpatur quo* whü *&* which *vt*

Qui non po- {*teſt* / *ſſunt*} *ſe continere,*

Sic verti poteſt

Hï / ðëi {whü / which / ðat} kannot kontain {himſelf. / ðemſelvz.}

itemque

Ego ill {*um* / *os*} *accuſo, qu* {*em* / *os*} *ſcio affine* {*m* / *s*} *eſſe culpæ.*

I äkkvz {him / ðem} {whüm / which / ðat} I knöu tu bï gilti.

Säm *idem, eadem, idem, in vtroq; numero inuariabile; &* ſelf *ipſe, a, um, at pluraliter* ſelvz *ipſi, æ, a, appropriatiua ſunt, atque vt Adiectiua communia, aptota. His ſi adiungas* alön *ſolus,* ani *vllus,* oðer *alius* wheðer *vter,* ëiðer *vteruis,* nëiðer *neuter,* ſum *aliquis, a, od. (quia nec quantitatem, nec qualitatem, &c. Sed perſonalitatē vt plurimùm denotant) habes omnia quæ in hoc genere primitiua cenſeri poſſunt. Sequuntur Deriuatiua ſeptem, à* (3) mï, mȷn *meus, a, um: ab* vs, ourz *noſter, a, um: à* ðï, ðȷn *tuus, a, um: à* yv, yvrz *veſter, a, um: ab* hï, (4) hiz; *ab* her herz; *ſuus, a, um: à* ðëi, ðëirz, *ſuus, a, um: quæ more adiecti-*


iectiuorum communium, inflexionem non admittunt.

1. Obserua, *primò* you *sic scribi solere, & ab aliquibus pronunciari; at à plerisque* yü: *tamen quia hoc nondum vbique obtinuit, paulisper in medio relinquetur.* yï *etiam, à præconibus pluraliùs effertur* ô yïz, *ô vos omnes & singuli.*

2. Hi, shï, it.] *Quamuis in tertiâ personâ ea sit generum differentia; sunt tamen omnia substantiua: & quamuis nonnunquam relatiuè, nunquam tamen adiectiuè vsurpantur.*

3. *Possessiua* mjn, & ðjn] *vocalibus vt plurimùm præcedunt; consonantibus,* mj, & ðj; *vt* mjn ei *meus oculus,* ðj klök *tuum pallium,* mj wjf, *mea vxor,* ðjn unkl *tuus auunculus.*

4. Hiz] *vbique manet: reliqua, si substantiuo præeant, amittunt* z: *vt,* her girdl *illius fœminæ cingulum,* our hous *nostra domus,* your servant *vester famulus,* ðeir richez *illorum diuitiæ: sin præcesserit substantiuum,* z *in fine stridet: vt,* Ðis bvk iz hirz, ourz, yürz, ðeirz. *itemque* mjn, & ðjn.



CAP. XII.
De Verbo.

V*Erborum quædam sunt Personalia; quædam Impersonalia. Personalium tria sunt genera: Actiuum, Passiuum, Neutrum. Verbo accidit Coniugatio. Est autem Coniugatio variatio verbi per modos, tempora, & personas vtriusque numeri.*

Modi sunt quatuor, vt apud Latinos; Indicatiuus, Imperatiuus, Potentialis, & Infinitiuus. Tempora itidem quin-

quinque: Præsens, Futurum, Imperfectum, Perfectum, & Indefinitum. Actiuorum & Neutrorum Coniugationes sunt tres; earum differentia dignoscitur ex formâ præsentis, imperfecti, & perfecti Indicatiui. Præsens idem est perpetuò cum præsenti Infinitiuo, quod quidem meritò est thema, & fundamentum omnium inde deriuatorum, quia sine temporis aut personæ respectu significat: vt tu luv *amare*, tu tēch *docere.*

Prima Coniugatio *est verborũ, quæ figuratiuam siue characteristicam thematis non mutant. Est autẽ figuratiua, Vocalis, aut diphthongus vltima Dictionis: vt,* J luv *amo,* J luved *amabã,* J hav luved *amaui.* J rest *quiesco,* J rested *quiescebã,* J hav rested *quieui.* J öpn *aperio,* J öpned *aperiebã,* J hav öpned *aperui. Neq; vnquam vltra hæc tempora, figuratiua thematis variatur; & ideo nec plures esse possunt Coniugationes, nec pauciores quã tres.*

Ad hanc Coniugationem afferuntur omnia fere deriuata, & nostratia, & peregrina. Et quum omne ferè Nomen Commune verè nostrum, siue Substantiuum sit, siue Adiectiuum, in verbum aliquod efflorescat: facile est conijcere quàm immensa est verborũ seges quæ hîc reconditur. Vt, à wurship *dignitas,* tu wurship *colo; à* klök *palliũ,* tu klök *palliare; à* fish *piscis,* tu fish *piscari; sic ab* hous *domus,* bed *lectus,* börd *mensa;* tu houz, tu bed, tu börd, *tecto, lecto, mensâ, recipere. Nonnullis tamen figuratiua litera mutatur: vt à* flour *flos,* tu flour *floreo; &* tu flurish *actiuum flores fingere, & neutrũ floreo: sic à* frost *gelu,* tu frīz *congelo: à* göld *aurũ,* tu gild *inauro: à* fal *casus,* tu fel *deijcio. Sic & ab Adiectiuis enascuntur Verba; vt à* short *breuis,* tu shortn *abbreuiare; ab* hard *durus,* tu hardn *indurare. Quædã etiam ex*

his

his enata aliquantulum deflectunt: vt, à ful, tu fil *impleo. At,* à wvrk *opus,* I wurk *operor,* I wröuht *operabar, est coniugationis secundæ.*

Huc etiam collige omnia illa quorum characteristica est diphthongus propria, aut ü: *vt,* tu wait *attendere,* tu tüil *laborare,* tu sound *sono,* tu müv *moueo, &c.*

A Latinis etiam nata fere omnia huc referuntur : vt, tu konsider *considero;* tu defend, tu derjv, tu subskrjb, tu silens, tu konsort; *& quæ à supinis nata diximus;* tu supöz, tu insens, *&c. Est autem in hac coniugatione anomalia triplex. Prima, eorum quæ figuratiuam naturâ longam corripiunt in imperfecto, & inde natis : vt,* J swët *sudo,* J swet *sudabam,* J rëd *lego,* J red *legebã;* J bjt *mordeo,* J bit *mordebam,* J häv bitn *momordi, &c.*

Secunda, eorum quæ consonam figuratiuæ adiunctam mutant: & maximè v, in f; *quia sunt inuicem commutabiles: vt,* J lëv *linquo,* J left *linquebam;* J berëv *aufero,* J bereft *auferebã. Huc adde quædam in* nd: *vt,* J send *mitto,* J sent *mittebam,* J spend *consumo,* J spent *consumebã: sic,* J lend *mutuo do;* J bend *flecto,* J rend *lacero: & à* kem *(pro* köm *como)* J kemt *comebam, vti etiam, alia in* p, x, sh; *vt,* tu dip *tingo,* tu fix *figo,* tu wish *opto; Imper.* J dip, fixt, wisht.

Tertia anomalia est penitus immobiliũ; vt, J kast *iacio, aut iaciebã,* J hav kast *ieci;* J kut *scindo aut scindebam,* J hav kut *scidi;* J knit *necto, vel nectebã,* J hav knit *nexui;* J set *loco, aut pono, ponebã, posui; sic* J put *pono,* J shut *claudo,* I hit *ferio,* I hurt *ledo,* I bët *verbero* I spit *spuo: nam* I bet *verberã,* I spat *spuebã, sunt dialecti.*

Secunda coniugatio *est verborũ quæ figuratiuam præsentis mutant in imperfecto: vt,* I kum *venio,* I kam

veni-

veniebam, J häv küm *veni*; J run *curro*, J ran *currebam*, J hav run *cucurri*; J giv *do*, J gäv *dabam*, J hav givn *dedi*. *In his vides figuratiuam præsentis & perfecti eandem. Aliquando perfectum idem est cum imperfecto: vt*, I stand, I stüd, I häv stüd, *sto, stabam, steti*; I think *puto*, I thõuht *putabam*, I häv thõuht *putaui*; I wurk *laboro*, I wröuht *laborabã*, I häv wröuht *laboraui*; I tëch *doceo*, I tauht *docebam*, I häv tauht *docui, &c. Et quamuis consona præsentis sæpe in hac formâ mutetur; tamen quia sæpe, anomaliam nullam esse censebimus. Est tamen anomalia eorum quæ in perfecto vtramque figuratiuam assumunt; & præsentis videlicet, & Imperfecti: vt*, I höld *teneo*, I held, *tenebam*, I häv held, *aut* I häv höldn *tenui. Anomaliam verbi* tu go, *post defectiua vide*.

Obseruandum, *quadã esse verba coniugationis primæ, quæ ratione dialecti sunt etiam secundæ, vt*, I wrjt *scribo*, I writ *scribebã*, I häv writn *scripsi, est coniugationis primæ; at* I wrjt, *imperfectum commune*. I wröt, *& Boreale* I wrät, *secundæ. Sic* I drjv, I driv, I häv drivn, *impello, primæ; at* I drjv, I dröv, *aut* I dräv, I häv drivn, *secũdæ. Sedulò autem cauendum est, ne locum dialectis concedas præterquam communi; aut (quod suprà monui) inter poetas Boreali: nam nullum ferme verbum est, quod pro aurium sordibus non deformant. Vt* tu lauh *rideo, si ipsis placet est* tu laf; *& pro imperfecto* I lauhed, *audies* I lüh, *aut* ai lvh *ridebam*. I kljm, I kljmd, I häv kljmd *scando, est regulare Primæ: apud rusticos autem, pro imperfecto habes* I klöm, I kläm, I klum *scandebam*.

Tertia coniugatio *est verborũ quæ characteristicam præsentis mutãt & in Imperfecto, & Perfecto: vt*, I spëk *loquor*, I späk *loquebar*, I häv spökn *loquutus sum*; I

dū, *facio*, I did, I hav dun. I ſwim *nato*, I ſwam *natabam*, I hav ſwum *nataui*. *Sunt & hîc ferè omnia cum ſecundâ Coniugatione communia; idque non ex linguæ noſtræ proprietate, ſed vſu potius omnia audente: vt,* I ſwer, I ſwōr, I hav ſwōrn *iuro, eſt ſecundæ; at* I ſwer, I ſwär, I hav ſwōrn. *tertiæ. Sic etiam in ſequentibus idem fit: vt,*

Præſ.	*Imperf.*	*Perfectum.*
I bër	3 bär 2 bōr	hav born *fero.*

Præſ.	*Imperf.*	*Perfect.*
I drink	3 drank 2 drunk	I hav drunk *paragogicè.* drunkn *bibo.*

Præſ.	*Imperf.*	*Perfectum.*
I wër	3 wär 2 wōr	I hav worn *tero. itemq; in reliquis.*

To klëv *findere, vnicum eſt (quod memini) commune primæ cum tertiâ coniugatione: vt,* I klëv, I kleft, I hav kleft; & I klëv, I kläv, I hav klōvn.

Eſt & in hac coniugatione quædam figuratiua luxuries: vt,

I flj	flv fled	hav	fled. flōun.

Volo, volabam, volaui.

I ſtrjk, I ſträk / ſtrik / ſtrŏk / ſtruk; I hav ſtrikn / ſtruk, *& per paragogen.* / ſtrukn
ferio,

I brĕk, I bräk / brŏk / *olim* braſt / *Occidentaliter* brik; I hav brŏkn.
frango,

Quædam ambigua, fiunt quadantenus inflexa vniuoca: vt,

I ſŏu *ſero* / *ſuo*; I ſŏud *ſerebam* / *ſuebam*; I hav ſŏun *ſeui.* / ſŏud *ſui.*

I lj *iacio* / *mentior*; I lai *iacebam* / lj'd *mẽtiebar*; I hav ljn *iacui.* / lj'd *mentitus ſum.*

Compoſitio nonnunquam mutat coniugationem: vt, J hav *habeo,* J had *habebam, eſt ſecundæ; at* tu bihäv *ſe gerere, eſt coniug. primæ.*

Et quum maxima linguæ Anglicæ difficultas in nominum Declinatione & verborum Coniugatione ſita ſit; quas quidem ego primus mortaliũ, adeo explicatè indicaui, vt nihil lucis, nihil facilitatis afferri poſſit: ſpero equidem Lexicographos, Houletços, Barettos, Rideros, Minshæos, cæteros, nullum dictionarium Anglico-latinum in vulgus elaturos, quo exterorum hominũ ſtudia promouere velint, in quo iſta ſedulò non indicenter. In primâ nominum declinatione adnotetur numerus pluralis: vt, *a mous* mus, plur. *mjs*; in alijs, ſatis ſit dixiſſe decl. 2^{a}, aut 3^{a}. In Verbis etiam, ſi vox ſit Coniugationis 2^{a}, aut 3^{a}, inflectatur: vt, *tu täk* capio *J tük, J hav täkn* Coni. 2^{e}; *J forget* obliuiſcor, *J forgat,* aut *forgot, J hav forgotn* Coni. 3^{a}. In primâ ſatis ſit illud ſignificâſſe, niſi aliquam habeat anomaliam. Id ipſum edicerem de comparatione irregulari, niſi exiſtimarem me illam ſatis edocuiſſe.

Formatiò temporum in Actiuis; & Neutris.

Infinitiui præsens est thema & fundamentum cæterorum: vt, tu paint *pingere.*

Præsens Indicatiui formatur ab Infinitiuo, abiecto signo infiniti tu, *& apponendo personam primam singularem: vt,* I paint *pingo. Vnicum* tu bï *esse, facit* I am *sum.*

Futurum formatur à Præsenti, per signa shal, *aut* wil *in Indicatiuo;* shal *in Imperatiuo;* herafter, *in Potentiali, & Infinitiuo.*

Imperfectum formatur à præsenti; seruatâ, aut mutatâ figuratiuâ in singulis coniugationibus, vt suprà dictum est.

Perfectum, & Indefinitum, eadem sunt cum Adiectiuo verbali passiuo: & inde fiunt per signa apposita, Häv, *Perfecto, &* Had, *Indefinito.*

Indefinitum plerumque rem infectam significat, nisi interrogatiuè, aut post aduerbium vsurpetur: deficit etiam in omnibus modis post Indicatiuum: in alijs modis, si vsus venit, vtimur Indefinito Indicatiuo, aut etiam perfecto Potentiali, aut Infinitiuo: vt legissem quidem si animaduertissem, I miħt häv red it indïd, if I had mjnded it.

*Verborum variatio facillima est. Aut enim per signa fit, aut per terminationes. Terminationes sunt in secundâ Præsentis Indicatiui (*est*) in tertiâ (*eth.*) Secunda item Persona Imperfecti fit à primâ addito (*st,*) aut* est*). Sic omnis terminationū differentia in singulari tantùm numero reperitur. Numerus enim pluralis in omni personâ idem est cum primâ personâ singulari. Atque præ-*

ter

ter illa in ing, *& er: plures à verbo terminationes non sunt.*

At quamuis in personarū & numerorum formis, tanta terminationnm varietas non sit apud nos, quanta in alijs linguis: per signa tamen, vt in nominibus, sic & in verbis, omnia animi sensu affatim depromimus.

Sunt autem signa partim personæ, de quibus suprà, partim ipsa verba anomala, aut defectiua. Anomalorū princeps est verbum substantiuum tu Bï *esse: quod tamen quia per signa inflectitur, signa ipsa imprimis variabimus. Signa sunt Temporum, & Modorum. Temporum* shal, wil, häv, had, dü, did. Shal, *Latino verbo verti possit, futurus, aut debebo; & sic inflectitur;*

Fut.	*Indic. debebo, debebis & Imperat.* J shal, ðou shalt	hï wï yï ðei	shal	*debebit,* *debebimus* *debebitis,* *debebunt.*

Potentialis modi.

Imperf.	*deberem, deberes* J shüld, ðou shüldest	hï wï yï ðei	*debere* shüld	*t,* *mus,* *tis,* *nt.*

Cætera deficit.

Shüldest *per syncopam* shüld'st; *quæ quidem non in signis tantum, sed in omnibus etiam verbis Actiuis & Neutris locum habet; in secundâ (inquam) singulari sic terminatâ; vsque adeo vt in aliquibus, vox syncopata duntaxat in vsu sit: vt,* ðou luvedst, *non* luvedest: ðou

maist, *non* maieſt. *Forma defectiui* I wil.

Indicatiui futurum.

Volam, voles, volet, I wil, ðou wilt, hï wil, } *Plur.* { wï / yï / ðei } wil { *volemus, voletis, volent.*

Potentialis imperfectum.

Vellem, velles, vellet I wüld, ðou wüld'ſt, hï wüld, } *Plur.* { wï / yï / ðei } *velle* wüld { *mus, tis, ent.*

Si wil *ſignificet iubeo, Actiuum eſt; regulare coniugationis primæ: vt,* I wil, ðou wileſt, hï wileth, *iubeo, iubes, iubet:* I wiled *iubebam,* ðou wiledſt *iubebas, &c. ad exemplum verbi* tu luv, *vt poſt ſequitur.*

Forma ſigni häv,

Indic. { *Perf.* I hav, ðou haſt, hï hath, wï, yï, ðei hav. / *Indef.* I had, ðou hadſt, hï had, wï yi, ðei had.

Et licèt hæc merè ſigna videantur, potiùs quàm deſumpta à verbo perfecto I hav *habeo,* I had *habebam,* I hav had *habui; poſſunt tamen vbique verti per habeo: vt,* I hav loved her; *ad verbum, habeo illam amatam; ad ſenſum noſtrum, habui illam amatam, aut illam in amore habui: ſic* I had thöuħt, *ſi verbum verbo reddas, habebam putatum, apud nos eſt, In animo habueram.*

Superſunt adhuc ſignorum tempora duo; dü, *&* did *omnis omnino verbi Præſenti Actiuo, & Imperfecto annexa, ſi ſigna excipias & anomalū* tu bï. *Sed quum verbum rem ſimpliciter fieri ſignificet; hæc actionis circumſtantiam, vehementiam, tarditatem, & ſimilia declarant:*

vt, I tëch *doceo*, I dü tëch. *i. in docendo totus occupatus ſum*: I ran *currebam*; I did run. *i. ſedulò, fortaſſe coactus, aut ita vt non ambularem. Et quia in hac loquendi formulà intellectio quædam eſt, proinde hæc ſigna his temporibus ſæpenumerò deſunt.*

Obſerua figuratiuam præſentis, ſemper manere in imperfecto formato per did, *idque in omni coniugatione: vt ab* I think *cogito*, I thöuĥt *aut* I did think *cogitabā*, *Coniug.* 2ª. I forget *obliuiſcor*; I forgat, *aut* I did forget, 3ª. *ſequitur forma inflexionis.*

Indic. Præſ.	*ago,* I dü,	*agis,* ðou düſt,	*agit,* hi düth	*Plural.*	wï yï ðei	*ag* dü	*imus* *itis,* *ant.*
Imp.	*agebam,* I did,	*agebas,* ðou didſt.	*agebat,* hï did,	*Plur.*	wï yï ðei	*ageba* did	*mus,* *tis,* *nt.*

De ſignis modorum.

Indicatiuus ſignis caret: ſed rem apertè eſſe, aut non eſſe; fieri, aut non fieri ſignificat.

Imperatiui ſigna ſunt in præſenti let, *ſiue aut fac*; *in futuro* shal.

Potentialis ſigna mai, mĭĥt, kan, küld, shüld, *etiam &* wüld. *Infinitiui*, tu.

Potentialis Præſens.	*Liceat aut poſsim,* I mai,	*poſsis* ðou maiſt,	hï wï yï ðei	*poſsi* mai	*t,* *mus,* *tis,* *en.*

Imperf.

Imperf.	*possem, posses,* J mjht, ðou mjht'st	hï wï yï ðei	*posse* mjht	*t,* *mus,* *tis,* *nt,*

Potentialis.

Præsens	J kan, ðou kanst, hï kan,	*Possim* *possis* *possit*	*Plural.*	wï yï ðei	*possi* kan	*mus* *tis* *nt.*

Imperf.	J küld, ðou küldst, hï küld,	*Plur.*	wï yï ðei	küld, *possem.*

Hæc de signis: sequitur anomalum Tu Bï.

Indicatiui.

Præsens	J am *sum,* ðou art *es,* hï is *est,*	*Plural.*	wï yï ðei	är	*sumus,* *estis,* *sunt.*

Futur.	J shal ðou shalt hï shal	bï	*ero,* *eris,* *erit,*	*Plur.*	wï yï ðei	shal bï.

Imperf.	J waz *eram,* ðou wast *eras* hï waz *erat,*	*Plur.*	wï yï ðei	wër	*eramus,* *eratis,* *erant.*

Perf.	J hav ðou hast hï hath	bïn,	*fui,* *fuisti,* *fuit,*	*Plur.*	wï yï ðei	hav bïn.

Indef.

Indef. { J had / ðou hadst / hï had } bïn { *fueram* / *fueras* / *fuerat* } *Plural.* { wï / yï / ðei } had bïn.

Imeratiui.

Præs. { Let mï bï *sim*, / bï ðou *sis*, *es*, / let him bï *sit*. } *Plural.* { let us bï *simus*, / bï yï *este*, / let ðem bï *sint*. }

Futurum { Ðou shalt bï *esto* / hï shal bï *esto*, } *Plural.* { yï / ðei } shal bï, { *estote*, / *sunto*. }

Potentialis.

Præs. { J mai bï *sim* / ðou maist bï *sis* / hï mai bï *sit* } *Plural.* { wï / yï / ðei } mai bï { *simus*, / *sitis*, / *sint*. }

Futurum idem est perpetuò cum præsenti, addito singulis personis hërafter *posthac: vt*, J mai bï hërafter *sim posthac; aut fuero;* ðou maist bï hërafter *fueris, &c.*

Imperf. { J mjħt / ðou mjħtst / hï mjħt } bï { *essem*, / *esses*, / *esset*, }

Pluraliter { wï / yï / ðei } mjħt bï { *essemus*, / *essetis* / *essent*. }

Perfectum { J mjħt / ðou mjħtst / hï mjħt } hav bïn { *fuerim*, / *fueris*, / *fuerit*. }

Pluraliter	Wï	myht hav bin	*fuerimus,*
	yï		*fueritis,*
	ðei		*fuerint.*

Infinitiui.

Præsens, tu bï *esse*; *Futurum*, tu bï hërafter *fore*; *Perfectum* tu hav bin *fuisse*; *Participiũ præsens*, biing *ens*.

Hæc de signis: *sequuntur*.

Paradigmata verborum Perfectorum Actiuorum, & Neutrorum, in tribus *coniugationibus*.

Modi indicatiui.

Tempus Præsens	J	luv *amo*	ðou	luvest *amas*	hï	luveth
		tëch *doceo*		tëchest *doces*		tëcheth
		spëk *dico.*		spëkest *dicis.*		spëketh

amat, docet, dicit aut loquitur.

Plural.	wï	luv *amamus*	yï	luv *amatis*	ðei	luv
		tëch *docemus*		tëch *docetis*		tëch
		spëk *dicimus.*		spëk *dicitis.*		spëk.

amant, docent, loquuntur.

Notiones.

1. *Secunda persona singularis patitur syncopam: vt,* ðou luv'st, spek'st. *Syncopæ autem nullus locus est in verbis exeũtibus in* s, sh, *aut duplici consonante* x, z, ch, ʒ: *vt,* ðou pasest *præteris*, ðou washest *lauas*, ðou waxest *crescis*, ðou touzest *susq; deq; versas*, ðou tëchest, *doces*, ðou chanʒest *mutas*: *non* ðou past, ðou washst, *&c.*

2. *Tertia*

2. *Tertia etiã persona apocopatur per* s, *aut* z. *ut*, hï luzü, hï spëks. *In terminationibus autẽ supradictis* e, *non abijcitur, sed* th, *migrat in* z: *ut* hï tëchez, hï changez. *Hinc excipe anomala* hav, hast, hath, hï did, *de quibus ante*.

Futur.	J shal *aut* wil	luv, tëch, spëk	ðou shalt *aut* wilt	luv, tëch, spëk	hï shal *aut* wil	luv, tëch, spëk	*amabo, docebo, dicam.*

Plur. wï, yï, ðei, shal *aut* wil luv, tëch spëk.

Vox futuri nihil mutat: & semper eadem est cum primâ præsentis.

Imperf.	J	luved, tauht, späk,	ðou	luvedst, tauhtest, späkest,	hï, wï, yï, ðei	luved, tauht, späk,	*amabam, docebam, loquebar.*

Secunda tantùm singularis differt à cæteris per est; *aut* e, *elisâ, per* st: *vt*, ðou tauht'st, ðou späk'st.

Perf. J hav	luved, tauht, spökn	ðou hast	luved, tauht, spökn	hï hath	luved, tauht, spökn,	*amaui, docui, dixi,*

Plur. wï, yï, ðei, häv luved, tauht, spökn.

Indefinitum	J had	luved, tauht, spökn	ðou hadst	hï, wï, yï, ðei had	luved *amau*, tauht *docu*, spökn *dix*	*eram.*

Licet hæc duo Tempora ab Adiectiuo Verbali passiuo formentur, per signa hav, *&* had: *obseruandum tamen in*

illis verbalibus quæ in n, *impurum desinunt, illud* n, *in his Temporibus aliquando neglgi, quod in Adiectiuo negligendum non est: vt,* J hav, *aut* had ſpök tu him *dixeram illi; non autem* it is ſpök adröd, *ſed* ſpökn, *emanauit in vulgus. Nec licet ſcribere* it is writ, *ſed* writn, *ſcriptum eſt: quamuis dicas* J hav writ tu him *ſcripſi ad eum. Dixi aliquando, quia aliquando audias vtramque,* J hav brök *fregi, &* it is brök *fractum eſt, aut vtrobique* brökn.

Datur quidem hæc ſermoni venia, quia id ſibi aſſumit, vt vſurpet *hav ſpök, writ, brök.* ſed nemo diſertus ita ſcribat.

Modi Imperatiui.

Tempus Præſens	let mi	luv *amem*	luv	ðou	*ama*	let him	luv *amet*
		tëch *doceā*	tëch		*doce*		tëch *doceat*
		ſpëk *dicam*	ſpëk		*dic*		ſpëk *dicat.*
Plural.	let us	luv *amemus*	luv	yï	*amate*	let ðem	luv *ament*
		tëch *doceam9*	tëch		*docete*		tëch *doceāt*
		ſpëk *dicamus*	ſpëk		*dicite,*		ſpëk *dicāt.*

Secunda perſona ἐμφατικῶς *admittit* dü; *& nominatiuum accentuatum verbo præponit: vt,* dü ðou red *lege tu* dü yï tëch *docete vos.*

Futur.	ðou shalt	luv *amato*	hï shal	luv *amato*	*ille.*
		tëch *doceto*		tëch *doceto*	
		ſpëk *dicito,*		ſpëk *dicito*	
Plural.	yï shal	luv *amatote,*	ðei shal	luv *amanto*	
		tëch *docetote,*		tëch *docēto*	
		ſpëk *dicitote,*		ſpëk *dicūto.*	

Potentialis modi.

Tempus Præs. J mai { luv, tēch, ſpēk } ðou maiſt { luv, tēch, ſpēk } { hï, wï, yï, ðei } mai { luv *amem*, tēch *doceam*, ſpēk *dicam*.

Futurum inde fit, addito ſingulis perſonis hërafter: *vt*, J mai luv hërafter, ðou maiſt luv hërafter, *hoc eſt amem poſthac, ſiue amauero, ris, &c.*

Imperf. J mjht { luv, tēch, ſpēk } ðou mjht'ſt { luv, tēch, ſpēk } { hï, wï, yï, ðei } mjht { luv *ama*, tēch *doce*, ſpēk *dice* } *rem*.

Perf. J mjht hav { luved, tauht, ſpōkn, } ðou mjhtſt hav { luved, tauht, ſpōkn } { hï, wï, yï, ðei } mjht hav { luved, tauht, ſpōkn.

Amauerim, docuerim, dixerim, ris, erit, &c.

Modi Infinitiui

Præſens tu { luv *amare*, tēch *docere*, ſpēk *dicere*, } *Quod etiam eſt futurum, addito* hërafter: *vt*, tu { luv, tēch, ſpēk } hërafter.

Amaturum, docturum, dicturum eſſe.

Perfectum. Tu hav { luved *amauiſſe*, tauht *docuiſſe*, ſpōkn *dixiſſe*.

Per præſens Infinitiui reddimus ſupinum prius, futurum

rum in rus, & gerundium in dum: vt, tu luv; *amare, amatum, amaturus, amandum.*

Adiectiua verbalia Actiua { luving *amans,* / tëching *docens,* / ſpëking *dicens:* }

Hæc in omni coniugatione ab ipſo themate formantur, adiecto ing; *quemadmodum etiam & Nomen agentis appoſito* er: *v,* a luver, a tëcher, a ſpëker, *amator, doctor, qui loquitur; quam formam etiam & illa à ſubſtantiuis enata ſequuntur: vt, à* foreſt *ſaltus,* foreſter *ſaltuarius: à* kloth *pänus,* Klᵒöier *lanarius, à* köl *carbo,* kolier *carbonarius.*

Hinc etiam ſunt Gerundia: illud in di, *per ſignum genitiui caſus* of; *illud in* do, *per ſignum ablatiui* in: *vt,* of luving *amandi,* in luving *amando.*

Adiectiua verbalia paſſiua { luved *amatus,* / tauħt *doctus,* / ſpökn *dictus.* }

Hæc ſemper exeunt in d, t, *aut* n; *ſeruatâ aui mutatâ figuratiuâ Præſentis cum adiunctâ conſonâ; vt ſuprà in coniugationibus dictum eſt.*

Vox paſsiua *fit per variationem temporum verbi ſubſtantiui* tu bï, *cum adiectiuo verbali paſſiuo. Exempla.*

Præſens. I am	luved,	ðou art	luved,	hï iz	luved, *amor.*
	tauħt,		tauħt,		tauħt, *doceor.*
	ſpõkn,		ſpökn,		ſpökn, *dicor.*

Plural.

Plural.	wï ar	luved, tauħt, ſpökn,	yï ar	luved, tauħt, ſpökn,	ðei ar	luved, tauħt, ſpökn.

Et quum vnum omniū modorum, & temporū verbale ſit; ſatis erit primā perſonā exemplo poſuiſſe; cæteræ, ex forma verbi tu bï, *adiectiuo ſubiuncto, apparebunt.*

Fut. I ſhal bï tauħt, *aut* J wil bï tauħt, *docebor.*

Imperf. J was tauħt, ðou waſt tauħt, hï was tauħt: wï, yï, ðei wer tauħt, *docebar.*

Perf. J hav bïn tauħt, *fui doctus.*

Indefinitum, I had bïn tauħt, *fueram doctus.*

Imperatiui.

Præſens, Let mï bï tauħt, *docear;* bï ðou tauħt, *docere,* let him bï tauħt, *doceatur: Plural.* let us bï tauħt, *doceamur;* bï yï tauħt, *docemini;* let ðem bï tauħt, *doceantur.*

Futurum, ðou ſhalt bï tauħt, *docetor tu;* let him bï tauħt; *docetor ille: Plural.* yï ſhal bï tauħt, *doceminor,* ðei ſhal bï tauħt, *docentor.*

Potentialis.

Præſ. I mai bi tanħt, *docear.*

Futurum. I mai bï tauħt hërafter, *fuero doctus.*

Imperf. I miħt bï tauħt, *eſſem doctus.*

Perf. I miħt hav bïn tauħt, *doctus fuerim.*

Modi Infinitiui.

Præſens. tu bï tauħt, *doceri.*

Perfectum. tu hav bïn tauħt, *doctum fuiſſe.*

Futurum. tu bï tauħt hërafter, *doctum iri.*

Supinum prius idem prorſus eſt cum præſenti infinitiuo actino; poſterius cum paſſiuo: quā etiam voce reddi- mus

mus verbalia in bilis & dus: vt, tu bï taučt *doceri, doctu, docendus, docilis.*

Defectiua.

Præter signa quæ diximus, & anomalum tu bï, *quod ipsum etiam signum est in totâ formâ passiuâ; paucula nobis sunt defectiua: quæ sequuntur.*

J wot *scio,* ꝺou wotst, *rarò* hï wots, wï, yï, ꝺei wot: *Borealibus sæpius in vsu est* o, *in* ä, *verso. Eodem sensu est* I wit *scio: sed* wjt *vitupero ferè euanuit.*

J wist *sciebam, in alys personis nil variat;* ꝺou wist, yï wist, wï, yï, ꝺei wist: *cætera desunt.*

I tröu *reor,* ꝺou tröust, hï tröuz, *(hæ autē duæ personæ rariùs vsurpantur)* wï, yï, ꝺei tröu: *sed interrogat sæpius hoc verbum quàm indicat. Eius verbale anomalum* trv *ratus, reliquis modis & temporibus caret.* Koth *vel* quoth, *ab antiquo* cweth, *voce maioribus nostris inflexâ,* cweth, cwethest, cwetheth: *inquā, inquis, inquit: nunc manet inuariabile: vt,* quoth I, quoth ꝺou, quoth hï, quoth wï, *&c. inquā, inquis, &c. ad res antè dictas refertur; vt,* must *debeo vel oportet, ad res futuras. Inuariabile etiam est* must, *sed nominatiuum sequitur, more aliorum Verborū; vt,* I must, ꝺou must, hï must, wï must, yï must, ꝺei must: *oportet me, te illum, &c.*

Hjčt *nomino, aut nominor, in præsenti tantū Indicatiuo valet.* I hjčt, ꝺou hjčtst; hï, wï, yï, ꝺei hjčt. *hinc* bihjčt *nuncupo aut voueo; et à* näm *nomino,* I bjnemt *nuncupaui, ferè defecerunt. Sic* häil, et âlhäil *omnis salus, pro salue, saluete: tamen* häil *saluus, apud Norfolcienses etiamū obtinet.* I go *eo, verbum integrū est coniugationis primæ, nisi quod careat imperfecto: patres nostri substituerunt*

I yed,

J yëd, *aut* J yöd *ibã*; *nos* J went, ðou wentst, hï, wï, yï, ðei went, *à Verbo adhuc nautis usitato* tu wend, *verto.*

Perfectum J hav gön *iui, &c. Sed eius compositum*, tu forgö *amitto, Imperfectum omnino non agnoscit: at* tu förgö *præcedo, Verbi simplicis formam subsequitur. Defectiua illa* mai, *&* kan *possum*; *&* wil *volo (quæ signa diximus, reliqua tẽpora & modos supplent per anomalũ* tu bï, *& adiectiua cognatæ significationis: vt* J kan, *aut* J mai *possum, aut possim.* J küld, *aut* J mjħt, *poteram, aut possem. Indicat:*

Perf. J hav bïn äbl *potui.*
Indef. J had bïn äbl *potueram.*
Futurum. J shal *bi* äbl.

Potentialis Perf. J mjħt hav bïn äbl *potuerim. Futurum*, I mai bï äbl herafter *potuero. Infinitiui præsens*, tu bï äbl *posse. Sic* I wil *volo, aut volam*, I wüld *volebam aut vellem. Indic. Perfectum* I hav bïn wiling *volui*: I had bïn wiling *volueram, &c. Hinc compositũ vnum* I nil *nolo, &* I nould *nolebã, veteribus frequens erat. Sed quemadmodũ hoc Verbum* nil, *sic etiam illa quæ vsitata sunt, per adiectiua circumloquimur: vt*, I am unwiling *nolo*, I am wiling *volo*, I am äbl *possum*, I am mör wiling *malo: quorum omnium vna forma est in reliquis Modis, & Tẽporibus, quã modò diximus.* Shal, *vltra* shüld *nullo modo variatur*, dü, *&* häv, *à verbis perfectis desumuntur.*

Si coniunctiones ðoħ, *aut* âldoħ *quamuis*, so ðat *modò*, eksept *nisi*, if *si*, but if *at si, adfuerint; modus potentialis signa sua* mai, kan, *&c. sæpenumerò amittit.*

Atque hæc est verborum nostratium forma, quatenus cum Latinis analogiam habent: Sed vti omnis alia lingua, sic etiam Anglica suos

bet idiotiſmos,qui Latinè vix,aut omninò reddi non poſſunt. Vnum in tempore coniunctiuo futuri præterito: vt *When I shal hav tau꞉t mj skolars, I wil kum tu yü*, ad ſenſum aliqualem, quum finem fecerim docendi diſcipulos meos, veniam ad te. Neque per docuerim, nec per docuero, expreſſè ſatis dicitur: quia [*shal hav tau꞉t*] eſt temporis vtriuſque. Illud igitur. Quum Karthaginem deleueris, triumfum egeris, cenſorque fueris, & obieris legatus Ægyptum; delegêre iterum abſens conſul: ad rei ſenſum ſic melius explicatur, quàm aut geſtu Roſcius,aut ipſe orator omni copiâ adhibitâ indicare potuerit. *When ꝺou shalt hav wāſted Karthaꝫ, when ꝺou shalt hav ended ꝺj trjumf,and shalt hav bīn Senſor,and governed Eꝫipt az Līftenant: ꝺou shalt bī chözn konſul ꝺe ſekond tjm in ꝺjn abſens.* Sed latiſſimus eſt vſus adiectiui verbalis actiui. Hinc enim non gerundia tantum, & illa quæ Ebræi formant per בכתוב; ſed innumera etiam alia indicantur. Et quia omnia huiuſmodi ſunt cum tempore ſubſtantiua (actionē enim in illo tempore ſignificant de quo inſtituitur ſermo) difficillimum erit, Latinè vim eorum explicare. Accedunt quidem illa proximè, quæ per[antia]aut[entia] fiunt à verbalibus; deinde illa à ſupinis in [io] ſed huiuſmodi non ſunt vbique obüia; vt, *Mj luving and ſpāring of yü, māks yü ꝺe wurs.* Verbum verbo reddere non licet,mea amantia & parcentia veſtri,vos deteriores reddit:ſi amor & indulgentia dixeris,ſenſum peregrinum attuleris. Tertius eſt idiotiſmus in Neutris; quæ quidem nobis paucula ſunt; quia pleraque Paſſiuorum etiam formam induunt, nonnulla etiam ſignificationem. Vt *Ðus iz mj welth ētn and drunk out*: ſic mea copia editur & ebibitur. *I am run out of breth*, eſt ſenſu temporis perfecti cucurri, & præſentis donec anhelus ſum. Quædam eodem ſenſu & Neutra ſunt,& Neutro-paſſiua; vt, *I kām biꝺer*, aut *I was kum biꝺer befōr yü*,huc veniebam ante te.

Imperſonalia naturâ pauca ſunt, it rainz *pluit*,it thunderz *tonat*,it waxeth dai *dieſcit*;it drauz toward nj꞉t *nocteſcit,&c. tamen à perſonalibus multa fiunt, üſque vt plurimum neutris,ſi tertiæ perſonæ ſingulari præponas articulum neutrius generis*, it: *vt*,it bikumeth *decet*,it hapneth *accidit*,it chaunſeth *cōtingit*, *&c. Quædā ab adiectiuis fiunt,cū verbo* iz;*& hæc ſunt aut paſſiua,vt*,it iz ſaid *dicitur*,it iz reported *fertur*,it iz givn out *ſpargitur in vulgus;aut neutra: vt*, it iz manifeſt *patet*, it iz lauful *licet*, it iz mīt *conuenit*, it iz ſertain *certū eſt*,

Horum

Horũ autem variatio satis patet à tertiâ personâ singulari Verbi tu bï: *vt*, it iz said *dicitur*, it waz said *dicebatur*, it hath bïn said *dictũ fuit*, it had bïn said *dictũ fuerat*, it wil bï said *dicetur*. *Cætera persequere in formâ Verbi* tu bï. *In alijs habenda ratio est coniugationis ipsius Verbi vnde desumpta sunt: nam pro mutatione characteristicæ, aut adiunctæ consonæ, variatur ipsũ Impersonale; vt, in primâ coniugatione*: it bisïmeth *decet*, it bisimed *decebat*, it hath bisïmed *decuit*, it had bisïmed *decuerat*, it shal bisïm *decebit*, *&c*. *In secundâ*, it bikumeth *decet*. *Fut*. it wil bikum. *Imperf*. it bïkäm. *Perf*. it hath bikum. *Indef*. it had bikum. *Modus Imperat: Præs*. Let it bikum. *Fut*. it shal bikum: *Potentialis Pres*. it mai bikum. *Fut*. it mai bikum hërafter. *Imperf*. it mjħt bikum. *Perfectum*, it mjħt hav bikum: *Infinitiuus Præs*. tu bikum. *Sin inflexio fiat per* duth, *&* did, *nulla est figuratiuæ mutatio; vt antè in personalibus dictum est*: *vt*, it duth bikum, it did bikum, it hath bikum, *&c*.



Cap. XIII.

De Consignificatiuis.


VOx *consignificatiua articulos comprehendit, Aduerbia item, Coniunctiones, Præpositiones, Interiectiones. Articuli præpositiui sunt tantùm* a, *&* ðe : *relatiui, siue subiunctiui inter personalia satis apparuerunt. De aduerbijs illud vnicum adnotandum, omnia ferme adiectiua aduerbiascere adiectâ particulâ* lj, *vt à* lauful *legitimus*, laufullj legitimè; *à* kurteus *humanus*, kurteus-

lj *humaniter*; à trim *nitidus*, trimlj *nitide*. *Et sic respondetur Latinis in* ter, *&* e; *vt*, *à felix* hapi, *feliciter* hapilj: *à doctus* lerned, *doctè* lernedlj. *Et quia in his invariabilibus nihil difficultatis est, præter ipsam vocum cognitionem, classes enim eædem sunt, vt vsus idem qui Latinæ, & alijs linguis; ad lexicographos harum rerum studiosum lectorem ablegabo.*



Syntaxis est tertia

Logonomiæ pars, de vocum constructione. Eius regulas præcipuè tradam, quæ linguæ Anglicæ sunt homogeneæ: quæ autem ex Latini sermonis regulis innotescere possunt, eas subindicasse satis habeo, aut etiam omninò neglexisse.



Cap. XIV.

Syntaxeos vniuersæ διαγραφὴ primum eius genus expeditum.

S*Yntaxis est simplex; aut schematistica: simplex, qua vulgò inter scribendum vtimur & loquendũ: schematistica, siue figurata est; quæ necessitatis, aut ornatus gratiâ, aliquo sermonis lumine enitescit. Est etiam syntaxis orationis solutæ, aut numeris adstrictæ. Cuiuscunq; modi autẽ sit, est Absoluta, Cõuenientiæ, aut Rectionis.* Absoluta.

1. *Omnia Substantiua absolutè cum alijs construi possunt: vt,* Ðe gud examplz of pärents, öuħt to bï a rvl of ljf tu ðe children. *Bona exempla parentum, debent*

bent esse vitæ norma liberis. hîc examplz *absolutè cum aliis construitur.*

2. *Adiectiua sine substantiuis posita, modus item infinitiuus, nonnunquam etiam vox consignificatiua, sæpe clausula siue membrũ, Substantiuorũ syntaxin sequuntur.*

3. *Nominatiuus absolutus apud Anglos ita vsurpatur, vti apud Latinos Ablatiuus: vt,* I bïing prëzent, hï durst not hav dun it; *me præsente, hoc facere ausus non fuisset.* Hï bïing in trubl, hiz frindz forsük him. *Illo molestiis implicato, amici eum deseruerunt.*

4. *Laus & vituperium absolutè in genitiuo vsurpatur: vt,* hi iz a man of a grët spirit, *vir est magni animi.*



CAP. XV.

Secunda Syntaxeôs species.

E*A est conuenientiæ: Estque triplex: vt, in dato superius exẽplo,* Ðe gud examplz of pärents, öuħt tu bï a rvl of lïf tu ðe children: *prima est adiectiui* gud, *cũ substantiuo* examplz; *secunda, Verbi* öuħt, *cum nominatiuo; tertia, Substantiui eodem casu appositi* rvl. *neque vltrà est vlla syntaxis conuenientiæ.*

1. *Adiectiua quia nec casibus, nec numero mobilia sunt, (numeralibus exceptis) non possunt cum Substantiuo non cohærere: vt,* a lërned man *vir doctus*; lërned men *viri docti.*

2. *Substantiua sterilia, id est, quæ nullum adiectiui fœtum pepererunt, ipsius adiectiui vicem supplent: vt,* ðe sï-water *aqua marina*, a peuter-salt *salinum stanneũ*; *quæ*

së, & peuter, *adiectiua non producunt.*

3. *Propria multa sterilia sunt, & sterilium vicem subeunt: vt* a Lundon dj *tinctura Londinensis*, an Oxford gluv *cheirotheca Oxoniensis*, Köts wöuld wul *lana à montibus Dobunorum*, a Wiðam pjk *lucius Withamensis*, Wustershïr salt *sal Vigorniensis. Quadã tamen adiectiua habent: vt*, a Frensh Kroun *aureus Gallicus*, Spanish wjn *vinum Hispanicum*, an Indian fig *ficus Indica; à* Frâns, Spain, India, *siue* Ind.

4. *Ex numeralibus, Cardinalia cum Substantiuis aliquoties non cohærent; nempe in spacij, aut temporis mensurâ: vt*, thrï füt hjħ *tres pedes altus, aut alti*; tuenti yër, *aut* tuenti yërz öld *viginti annos natus*; a hors thirtïn handful, *aut* thirtïn handfulz hjħ *equus tredecim palmos altus*; I hav wâlkt fjv mjl, *aut* mjlz, *ambulaui quinq; miliaria, vbi* füt *singulare tantùm est; reliqua* yër handful mjl, *aut singularia esse possunt, aut pluralia. Reliqua temporis*; a minvt *minutum*; an ouer *hora*, a dai *dies*, an äʒ *ætas: & spacij*, an insh *vncia*; finger *digitus*, a span *spithama*, a yërd *trium pedum virgula*, an el *vlna, duorum cubitorum mensura*; a päs *passus*, a përch *pertica*, an äker *iugerum*, a furlong *stadium, hanc anomaliã non admittunt; vti nec illa priora, nisi adsit adiectiuum mensuram subindicãs; vt*, long *longus*, wjd *amplus*, brőd *latus*, thik *crassus*, dïp *profundus, &c. aut huiusmodi aduerbia* over *supernè*, abuv *suprà*, under *infra, &c. Pretij nomen etiam in mensurâ est si æstimetur minis: ut*, It stands mï in ten pound, *aut* ten poundz, *stat decem minis. Reliqua pretij nomina* pens, shilingz, *&c. regularia sunt.*

5. *Atque vt Lectori satis faciam Numeralia attexam, eorumque syntaxin.* ōn 1, tü 2, thrï 3, föur 4, fjv 5.

six

six 6, sevn 7, aiћt 8, njn 9, ten 10, elevn 11, tuelv 12, thirtïn 13, fôurtïn 14, fiftïn 15, sixtïn 16, sevntïn 17, aiћtïn 18, njntïn 19, tuenti 20, thirti 30, forti 40, fifti 50, sixti 60, sevnti 70, aiћti 80, njnti 90, a hundred 100, tü hundred 200, thrï hundred 300, &c. a thouzand 1000, tü thouzand 2000, &c. a milion 100000. *In numeris compositis maior præcedit minorem: vt*, tuenti ön 21, thirti tü 32, forti thrï 4 , a thousand six hundred and aiћtïn, 1618, &c. *ad* 1000000. *& deinceps; aut contrà, minor maiorem; vt*, ön and tuenti, tü and thirti, thrï and forti, six and fifti, njn and fifti 59. *Sed vlteriùs hanc formam non prosequêris.*

Ordinalia sunt first *primus*, sekond *secūdus*, third *tertius*, fôurth 4, fift 5, sixt 6, sevnth 7, aiћt 8, njnth 9, tenth 10, elevnth 11, tuelfth 12, thirtinth 13, fôurtïnth &c. tuentith 20, thirtith 30, fortith 40, &c. hundreth 100. thouzanth 1000, *& sunt omnia singularia; at inflexa sunt declinationis secundæ : vt*, tenths *decimæ*, fiftïnths *decimæ-quintæ*, hundreths *centenarÿ*. *In compositis, post* 20. *minor anteit: vt*, ðe ön & tuentith 21, ðe tü & thirtith 32, thrï & fortith 43. ðe njn & fiftih 59, *tü cessa: post hac enim maior præponitur minori; ut*, ðe hundred sixti & seventh sjd, *pagina ducentesima sexagesima septima.*

Obserua in Ordinalibus compositis, omnes numeros cardinalium terminatione proferri, præter vltimum; qui cæteris ordinalium more coronidem addit.

Est nobis & alia numerationis formula per skörz; *& maximè post* 60. *singuli autem* 20. *dicuntur* a skör. *Atq; hac numerādi ratio, et in cardinalibus valet, et in ordinalibus. Cardinalibus : vt*, thrï skör and ön, tü, thrï, ten, sixtïn, &c, 60. *et* 1, 2, 3, 10, 16, &c. fôur skör 80, fjv skör

100.

100, ſix.skör, &c. *ad* twenti skör. *i.* 400: *rariùs indè ad* forti njn skör. *i.* 980; *nunquam vlterius. Frequens admodum eſt hæc numeratio per* skörz, *in viris ad* 200; *in ouibus, armentis, & paſſibus, ad vltimum perſequere. Sic in ordinalibus, poſt* 60 *dicas* ðe thrï skör and firſt, ſekond, tenth, fiftïnth, *ſexageſimus primus, ſecundus, decimus, decimus quintus*: ðe föur skör and third, föurth, twelfth, ſixtïnth, &c. *i. octogeſimus tertius, quartus, duodecimus, decimus ſextus: ſed rarò hîc vltra ducenteſimum progredieris.*

Sunt & aliæ numerationes per duznz. *i. dodecatemorias, per* dikarz. *i. decadas: & in ſingulis ferè officinis aliæ atque aliæ: quas quidē ſilentio inuoluere debeo logonomus, quia in Iuris deſcriptione continentur. An.* 14. *Ed.* 3.

6. 1. *Articuli præpoſitiui* a, *&* ðe, *ſolis ſubſtantiuis communibus, & eorum formam ſequentibus præponuntur: vt,* a King ὁ βασιλεύς, a, *aut* ðe Quïn ἡ βασίλισσα; a *aut* ðe bodï τὸ σῶμα. *Si adſit adiectiuum, interponitur inter articulum, & ſuum ſubſtantiuum: vt,* a gud man *vir bonus; niſi fortè adiectiuum ſuo ſubſtantiuo poſtponatur: vt* a man trv of hiz wurd *vir cuius ſermoni ineſt veritas.*

2. *Eſt autem differentia in horum articulorum vſu. Nam præterquam quòd* a, *ſolis ſingularibus adhæreat,* ðe, *vtriſque numeris adiungatur; Laxior quidam vſus eſt* a, *quam* ðe: *quia* a, *indefinitè,* ðe *autem ſtrictiùs, & quodammodo relatiuè ad id quod ſequitur vſurpatur: vt,* a, man mai ſi, what it iz tu dü for unthankful perſonz: *cuius hic ſenſus eſt, Videre cuilibet licet, quid ſit beneficiū ingratis hominibus cōferre. Hîc nō licuit dixiſſe* ðe man, *quemadmodum vbi de ſolo particulari ſermo eſt, vſurpabis*

bis ꝺe, *non* a, *vt* Ðe Grësian Empjr flurished möst under Alexander *Græcorum imperium maximè floruit sub Alexandro.*

3. *Est etiam vbi locus conceditur vtrisque indifferenter, nempe, quoties id quod magis vniuersaliter dicitur per* a, *potest etiam discretius dici per* ꝺe: *vt* a krvel man shal not dj in pës, *crudelis vir non morietur in pace*: *at* Ðe krvel man shal not dj in pës *emfasin quandam habet.*

4. *Quin etiam per solos articulos sensus aliquando fit multum diuersus*: *vt*, Tomas iz a gud man, *Thomas est vir bonus*, Tomas iz ꝺe gud man, *id est, Thomas est maritus, aut paterfamilias. Sic* a man *vir*, man *homo*: *vt, homo nata est* shi waz born man.

5. *Eadem syntaxeos forma admittit* a, *aut* ꝺe *cum positiuo; & cum superlatiuo* ꝺe *tantum*: *vt*, Innosensj iz a svr säfgard *Innocentia est firmū præsidium*: Innosensj iz ꝺe svrest säfgard *Innocentia est firmissimum præsidium.*

6. *Substantiua solitaria, id est, sine vllâ ad aliud relatione posita, articulos negligunt*: *vt*, Virtv alön mäks men hapi *Virtus sola beatos efficit.*

7. *Metalla, frumenta, herbæ; quæ numero anomala diximus, articulum* a, *non accipiunt, nisi ecliptice*: *vt*, it iz a fëm, *supple* bush, stâk, lëf, &c. It iz a brëd ꝺat nurisheth wel, *panis est qui bene nutrit, id est genus panis.*

8. *Nomina propria distinctionis causâ articulos admittunt*: *vt*, Hi iz a Gil, *id est, vnus est, cuius nomen est* Gil; *non autem* ꝺe, *nisi* κατ᾽ ἐξοχὴν; *vt*, ꝺe Talbot, *i. princeps familiæ Talbotorum, aut insigni aliquo facinore illustriss: Plurali autem collectiuum adijcitur* ꝺe: *vt*, ꝺe Grehamz. *i. vniuersa Grimæorum familia.*

9. *Propria etiam propter eclipsin assumunt* ꝺe: *vt*, Hj

waz droun'd in ϑe Temz, *subintellecto flumine aut aquâ, in fluuio Tamisi, aut in aquâ Tamisis submersus est.*

10. *Adiectiuis post propria per* ... *adycitur* ϑe: *vt,* Alexander ϑe grët *Alexander ille magnus*; Philip ϑe faier *Philippus cognomento Pulcer*; Hektor ϑe Trozan *Hector Troianus.*

19. *Adiectiuis pro substantiuis vsurpatis adiungitur articulus* ϑe, *vt,*

Ðe long ar lazi, ϑe litl ar loud:
Ðe faur ar slutish, ϑe foul ar proud.
Proceræ ignauæ sunt, pusillæ canoræ:
Venustæ sunt sordidæ, deformes superbæ. vbi, mulieres necessariò subintellectæ sunt. Itemque in neutris absolutis: vt, Hj iz kum tu ϑe hjest, *ad summum peruenit.* J hav hit ϑe whjt, *albũ percußi, pro metâ albâ.*

12. *Vbi Substantiuum præceßit, articuli* a, *aut* ϑe, *cum adiectiuis relatiuè subiunguntur: vt,* Mari no wjf: for a bad ön iz an endles trubl whjl shi livz; a gud ön, a lasting forõu when shï iz ded. *Vxorem ne ducas: quoniam mala, perpetua est molestia dũ viuit; bona dolorem facit indesinentem postquam mortua fuerit.* Azax, biing mad, kild ϑe Grësianz ship: ϑe fat, supözing ϑem tu bï komaunderz; ϑe lën, thinking ϑem tu bï komonföldierz: *Aiax insanus Græcorum oues mactauit: ratus pingues duces esse; macilentas gregarios milites arbitratus.* But ϑe fifti which had run awai, &c. *At verò quinquaginta illi quos fugâ elapsos esse diximus, &c.*

13. *Hanc formam sequuntur superlatiua: vt,* among ϑe Filosoferz, Plato waz ϑe möst lërned; *inter Philosophos Plato doctißimus fuit, et cõparatiua:* what am J ϑe beter for it? *quid ego deinde melior? aut quantò mihi maius commodũ inde redundauit? Sed quamuis hæc sit vsita-*

ta loquendi formula, tamen ðe *hic* μικρᾶς.

Personalia quædam, säm, *cum adiunctis* self, *&* veri, *Substantiuorum vicem subeunt cum articulo* ðe; *vt*, ðe säm *idem*, ðe self säm, ðe veri säm *ipsissimus*. *Sic* hï, *&* shï, in *discretione sexus*; *vt* a, *aut* ðe hï. *i. mas*; a, *aut* ðe shï, *i. fæmina*.

15. *Possessiua articulos excludunt: vt*, mj Masters bük, *mei præceptoris liber. Nominatiuo autem præcedenti licuit attexuisse articulum; sed nullo modo Substantiuo cui adhæret possessiuum: vt*, ðe bük of mj Master.

16. *Numeralia* ön, tü, thri, &c. *multitudinis item notæ*, äl, *omnes*, everj *vnusquisq*; mani *multi* [*nam* a mani *est multitudo, siue ipsa turba, &* mani a man. *i. magna pars hominum*] sum *aliquis*, ani *vllus*, nön *nullus*, *&c. cum articulis raro conueniunt: vt*, thri men *tres viri*, äl men *omnes homines*, no man *nullus vir. Etiam his subintellectis idē fit; vt*, ðei späred neiðer man, nor chjld; *nec seni, nec puero pepercerunt; subintellecto* anj *vlli. Sed* a skör, a hundred, a thouzand, a milion, *quia substantiua censentur, adsciscunt sibi articulos; vt*, a hundred men *cētenarius hominū; at verò*, tü hundred, thri hundred, &c. *numerique omnes compositi, nisi relatiuè capiantur, articulos extrudunt*.

17. *Articuli subiunctiui, quæ & personalia siue pronomina dicūtur* whü, which, ðat, &c. *si indefinite vsurpētur, vti alia adiectiua, casu & numero cum Substantiuis cohærent: si interrogatiuè, aut relatiuè, more Substantiuorum construuntur*.

Verbum cum nominatiuo.

Sic fuit Syntaxis adiectiuorum: sequitur illa quæ est Verbi cum præcedenti nominatiuo numero, & personâ, co-

hærentis. Exceptiones in anomalia Loci, 1. persona, 2. numeri, 3.

1. *Interrogatio præponit verbum nominatiuo: vt,* Kanst ðou dü ðis? *potes tu hoc facere? & secunda persona Imperatiui præsentis; vt,* Luv ðou *ama tu*; tech yï *docete vos. Itemque interdum fit quando verbo præponitur Aduerbium* hïer *hîc, vt* hïer am J *hîc adsum. Semper in pleonasmo* it, *et* ðër: *vt,* ðër käm a man tu mï *venit ad me quidam.* It iz mj bruðer *est frater meus. Sic cum Coniunctionibus nonnullis, aut positis; vt,* Neiðer art ðou hï whüm J lük for; *Nec tu ille es quem ego expecto: aut subintellectis, ut* wër J äbl tu dü az yü sai, *i.* If J wër abl *si possem,* Bi a wjf never so shreud, hir huzband iz bound tu luv her, *quantumcunq; iracunda est vxor, marito tamen cara esse debet. Pro* ðoh a wjf bï never so shreud. *Quoties vocula relatione ad præcedentia subindicans antecedit verbum, nominatiuus non rarò sequetur. vt,* Ðat sai J, *hoc dico ego.* So did our fäðerz *sic fecerunt patres nostri,* ðus hav ðei determined, *sic censuerunt illi. Verùm hoc non obtinet vbique: vt,* so J sai *sic dico.*

2. *Personale* it *id, quia aliquid substratum intelligit, verbum à primâ aut secundâ personâ abripit in tertiam: vt,* It iz J, *ego sum:* It iz ðou ðat hast dun it, *Tu ille es qui hoc fecisti.*

3. *Verbum, inter duo Substantiua diuersorum numerorum positum, cum alterutro conuenire potest, quoties adsunt* which, *aut* ðat; *quæ quidē aut rei relatiua sunt, aut personæ: vt,* ðe of-spring of men which iz tu kum *aut etiam* which ar tu kum *soboles futurorū hominū, aut soboles hominum quæ futura est. Sin fiat reditio per* whü *qui vel quæ (quia* whü, *non rei, sed personæ tantùm relatiuū est) verbum adhærebit substantiuo personæ: vt,* ðe of-

ſpring of men whü ar tu kum, *non* whü iz. *Sic etiam caſus inter duo Verba, nunc cum hoc, nunc cũ illo conſtruitur:vt*, Let Tomas kum in, J mën hï ðat käm yiſter dai : *aut*, I mën him. *Ingrediatur Thomas ille (inquam) qui venit heri, aut illum intelligo qui, &c.*

Appoſitio.

Tertia Conuenientia fit Appoſitione. Fit autem appoſitio multimodis. Affirmatione : vt, a virtuus king iz ðe chïf trezvr of hiz kingdum, *Rex omnibus virtutibus exaggeratus, ſummus eſt regni ſui theſaurus. Quæſtione: vt*, Art ðon ðat Enëas? *Tune ille Æneas. Comparatione: vt*, Knŏulez iz beter ðen welth *ſcientia melior eſt quàm diuitiæ. Coniunctione copulatiuâ: vt*, Ðe Vniverſitjz of Oxford and Kämbriz *Vniuerſitates quæ ſunt Oxonij & Cantabrigiæ. Aut diſcriminatiuâ: vt*, Neiðer wjn nor wïmen ever müv'd him : *nec vinum, nec mulieres animũ eius vnquam pepulerunt. Aut Exceptiuâ: vt*, No man went in with him but J, *nemo cum illo ingreſſus eſt niſi ego. Etiam, verbi vi, nominatiui diuerſi aut cum copulâ, aut ſine copulâ, apponuntur : vt*, hiz näm iz Wiliam, *Ille nominatur Wilhelmus.* A Guzeon, a Smelt, a Söl, and a Samon, wer täkn âl in ŏn net, *Gobio, Perlanus, Solea, & Salmo, in vno reti omnes capti ſunt. Sic vi ſubſtantiui, etiam adiectiuá multa inuicem adhærent: vt*, Shï iz a chäſt, & a luving, & a diskrït wjf, *Et caſta eſt, & pia, & prudens matrona.* A käv dark, unezi, dölful kumfortles. *Cauea obſcura, moleſta, luctuoſa, inconſolabilis. i. vbi nullum ſolatium. Et ſi hæc ad primam conuenientiæ ſyntaxim referas, non repugno.*

Nominatiui etiam ipſius vi, multa Verba in eodem tempore, numero, & perſonâ apponuntur : vt, Hï lasht,


and füin'd, and kikt, and krj'd, *cæsim feriebat, & punctim, & calcitrabat, & plorabat:*

Exceptio.

Accusatiui Him, her, ðem, *cum* self *aut* selvz *quibuslibet casibus apponuntur, vt*

Hï him-self Ðe Ladi her-self	hath	dun it.	*ille ipse* *ipsamet domina*	*fecit*
Ðei ðem-selvz Ðe pïpl ðem-selvz	hav		*illi ipsi* *Populus ipse*	*fecerũt.*

Ðe krvelti of Sëzar him-self *Ipsius Cæsaris crudelitas.* J deliverd yür leter tu ðe man himself *literas tuas ipsi homini de manu in manum dedi, &c. Prima autem & secunda persona cũ primitiuis possessiua adsumunt: vt,* J mj-self writ it, *Egomet ipse scripsi. Sic,* Ðou ðj-self *tu ipse,* wï our-selvz *nosmet ipsi,* yï your selvz ar witnesez *vosmet ipsi testes estis.*



Cap. XVI.

Syntaxis rectionis.

Est Casuum; & verbi. Illam primò dabimus; pòst istam. Casuum rectio est à nomine, verbo, & Cõsignificatiuâ voce. Et quia hinc sunt omnium casuum signa, consignificatiuorum syntaxim initio docebimus.

Genitiuo possidentis excepto, omnes casus nostri, terminatione sunt vnus casus, signis tantùm distitus, aut loco, quia nominatiuus censebitur, quando præcedit verbo: accusatiuus quando subsequitur. Signa autem illa sunt præpositiones: quas ne seorsum quæras, simul, & semel exponam, earumque syntaxin.

Accu-

Accusatiuum regunt.
A. ad.
about {*circa vel circiter.*
abuv *supra.*
akording tü, *secundum.*
after *post.*
againſt {*contra, vel aduerſus, in compoſitione* gain: *vt*, tu gainſai *contradicere.*
amõng *inter.* 3. *aut plures.*
at *apud*, *ſæpe ad.*
behjnd *pone.*
bineth *infra.*
bisjd {*præter. iuxta.*
biyond {*trans. vltra.*
bitwïn *inter*
intu *in.*
njħ *prope, vel iuxta.*
thuro *aut* throuħ {*per*
reſpondet etiam compoſitis a trans: vt, tranſeo I pas thuro.
Toward *aut* towardz {*verſus. erga.*
tu *ad.*
without *extra.*
within *intra.*
untu *ad, vſque.*
cis, & citra ſic circumloquimur, on ðis sjd, *ab hac parte* : *& penes*, in ðe pouer : *vt, te penes imperium*, ðe rvl iz in yür pour; *aut vſitatiùs*, it iz in yür pour tu komaund.

Ablatiuum regere cenſebuntur alia quæ ſequuntur; quia illis reſpondent quæ caſum Latinum poſtulant.

far of *procul.*
from *à, ab, abs.*
in *in*
ophlj *palàm.*
up tu *tenus.*
under *ſub, ſubter.*
on, *aut* upon *ſuper.*
privili *clam.*
with *cum.* out-of *ex.*
ðen *poſt comparatiuum reſoluitur per quam* : *vt*, Her hart iz harder ðen a diamond, *cor eius eſt adamante durius. Sic etiam vtimur* bj; *vt*, hjer bj a füt, *vno pede altior.*

Va-

Varijs casibus inseruiunt.

Of, *genitiuo videlicet, respondet etiam præpositionibus de, e, ex; & a, ab, abs : vt*, Jhërd it of him; *ex, aut ab illo audiui.*

Tu, *datiui signum est, & respondet Præpositioni ad; nonnunquã vsque, vel tenus: vt*, hï wäded tu ðe chin, *mento tenus.* For, *datiuo inseruit; & accusatiuo, vbi significat ad, aut propter; & ablatiuo, cum respondet [pro.]* Afför *aut* bifför *ante, præ, coram; quam vocem sæpe vertimus* tu hiz fäs, *aut* fäs tu fäs *ad faciem. In compositione*, för: *vt*, tu förtel *prædico.* Bj, *secus, iuxta, aut per; vel à, ab, abs : vt*, a fäðer ouħt tu bi onored bj hiz children, *pater à liberis honorari debet. Præpositio* with *cũ in cõpositione, nonnunquã à proprio sensu in contrarium deflectit : vt*, tu withstand *contrastare; aliquando etiam extra compositionem : vt*, Jwil fjħt with him, *contra illum pugnabo.*

Interiectio ô *vocatiuum regit; rariùs, idque* ἐμφατικώτερος *expressa: sed, hac intellectâ, singulis hominum ordinibus honorem præfamur, pro suo cuiusque status & dignitatis gradu. Horum titulos, à fecialibus meliùs quàm à me, perdisces: maiora tamen illa nomina præteruectus; hoc logonomus edico, ne quenquam vel in imâ quidem fæce plebis appelles* Ðou *tu (quia hoc aut contemnentis est, aut nimium familiariter blandientis) sed* yü *vos. quia tantùm à contemptu liber populus abesse vult, quantùm à seruilibus exterorum quorundam offucijs, manus & pedes deosculãdi. Accusatiuum si regat, semper exprimitur : vt*, ô mi! *aut etiam* ai mï! *ô me! Ex reliquis interiectionibus tres sunt duntaxat qui casus regunt.* Alak *aut* alas, *vocatiuo iungitur, aut datiuo : vt*, alak bruðer, hou kan J help it?

it? *heu frater quàm opem ego afferre possim?* alas for him *hei illi, aut potius hei mihi pro illo.*

Fj, *cum* on, *aut* upon, *cum accusatiuo construitur*; *vt*, fj upon ðï *apagesis.*

Wō *cum datiuo sine signo vsurpatur*; *vt* wō iz mī *væ mihi: quamuis reuerà substantiui potius syntaxin subire videtur quàm interiectionis*: *vt*, wō iz mï for him, *miseria est mihi pro illo. Itemque adiectiue* J am wō for him, aut wō bïgōn, *dolore victus sum.*

Substantiua casus regentia.

Genitiuus possidentis. i. qui nominatiuo fit, s, *vel* z, *adiectis, eius locum sæpenumero supplet qui à nominatiuo deflexit per signum* of: *vt*, mj fäðers servant *famulus patris mei*, a frindz biznes *negotium amici. Cæterùm, quia hæc syntaxis rarissimè locum habet in illis substantiuis quæ sterilia diximus*, *vt* mj houshöld affairz *meæ res domesticæ*, a glas windōu *fenestra vitrea*; *vbi non licuit dixisse* houshöldz, *aut* glasez : *proinde & hîc, & in sterilibus adiectiuè vsurp tis, exteri errorem facillimè vitabunt, si ipsum substantiuum cum signo genitiui vsurpent. Vt*, ðe servant of mj fäðer; ðe biznes of mj frind; ðe affairz of mj houshöld, a windōu of glas; ðe wâter of ðe së, *aqua maris*; a pjk of Wiðam, *lucius e Withamo*; sâlt of Wustershïr, *sal e comitatu Vigorniæ, &c.*

2. *Adeoque recepta est hæc loquendi formula, vt adiectiua legitima sæpe in suum substantiuum commutet: vt, pro* a man, wjz, lërned, ʒvdisius, religius, &c. *vir sapiens, doctus, catus, pius:* A man of wizdum, lerning, ʒugment, religion, &c. *nonnunquã solitaria per hendialismũ circumloquatur; vt, pro* lauyer *iurisperitus*, a man

 of

of lau. *Hic tamen genitiui signum* of *de*, *aliquoties migrat in* at *ad*, *vel apud*: *vt*, *pro* armed man, a man at armz, *miles*. a sergant at lau, *seruiens ad legem*.

3. *Personalia, pro primitiuis deriuatiua substituunt*; *vt*, ðis hous of yürz iz ljk tu fâl: *hæc tua domus ruinam minatur*. *pro* of yü; ðat foli of hiz wil undü him *hæc eius dementia illum perdet*; *pro* of him, &c. *vbi etiam dixisse licuit*; ðis yür hous. Ðat hiz foli.

4. *Signũ* of *genitiuo possidentis præpositum, defectũ indicat substãtiui, aut articuli præpositiui*: *vt*, hï hath stöln a hors of mj frindz *furto abstulit equum vnũ ex amici mei*; *supple equis*: *aut* hï hath stöln ön of mj frinds horsez, *abduxit vnũ*; *viz*. *equũ ex equis amici mei*: *quod etiã sic resolui potest*; Hï hath stöln ön of ðe horsez of mj frind.

4. *Substantiua paucula sunt, quæ casum patrium postulant, aut datiuum*: *cuiusmodi sunt* luv *amor*, hatred *odium*, a fö *hostis*, a frind *amicus*, an enemj *inimicus*. *Vt*, Ðe luv {of / tu} lërning stirz up indëvor, *amor doctrinæ, studium excitat*. Sezar waz an enemj of ðe Gaulz, or tu ðe Gaulz, *Cæsar fuit hostis Gallorum, aut Gallis*.

6. *At plura sunt quæ datiuum exigunt*: *vt*, frindship *amicitia*, kurtezi *humanitas*, favor *benignitas*, kindnes *pietas*, gudnes *bonitas*, bounti *liberalitas*, sin *peccatum*, offens, &c.

Ex his autem quæ datiuum requirunt, *pleraque cum præpositionibus* towards *erga*, *aut* againſt *contra*, *exponi possunt*: *vt*, his frowardnes tu mï, towards mï, *aut* againſt mï, waz ðe kauz of mj harshnes toward him, *eius peruersitas erga me, in causâ fuit asperitatis meæ contra illum*.

7. Höp *spes*, faith *fides*, trust *fiducia*, konfidens *fiden-*

dentia, aſſvrans *certitudo*, piti *miſericordia*, diſtruſt *diffidentia*, *& ſi quaplura ſunt cognatæ ſignificationis, cum varijs caſibus eodem ſenſu conſtruuntur: vt*, Mj hŏp of, on, *aut* in him, mäd mï brëk mj faith tu, *aut* towardz yü, *mea ſpes in, aut de eo, fecit me fidem meam tibi datam fallere*; his piti of, on, *aut* towards mï, *miſericordia eius de, in, aut erga me*.

Adiectiua caſus regentia.

1. *Adiectiua partiuè poſita, vt* ſum of us *aliquis noſtrûm*; ðe beſt of ðem *præſtantiſsimus eorum: item que deſiderÿ, vt* dezjrus of muni *cupidus pecuniæ: notitiæ, vt*, J am ſvr and ſertain of ðis, *huius rei certus ſum: memoriæ, vt* mjndful of hiz promis *memor promiſsi; dubitationis, vt* doutful of ðe end, *dubius quomodo ſe euentus dabit: vt pleraque his oppoſita, Latinorũ regulas ſequuntur. Ex quibus quædam etiam ablatiuo gaudent cũ præpoſitione* in: *vt*, expert, kuning, skilſul, in ſong *cãtandi peritus. Dicimus etiã*, grïdi of *aut* after gain *auidus lucri, aut inhians lucro*; thirſti after *tantũ, vt* thirſti after gain *lucri ſitiens. Superlatiua etiam per inter exponũtur, vt* Ðe richeſt among ðem, *ditiſsimus inter eos*.

2. Wurði *dignus*, unwurði *indignus*, born *natus, aut editus*; gilti *reus, genitiuo tantùm iunguntur: vt*, gilti of hjh trëzn, *læſæ Maieſtatis reus*.

3. *Vnum adiectiuum copiæ* ful, *conſtruitur cum* of: *vt*, ful of mët *cibi ſatur: etiam inopiæ* void, *aut* devoid *vacuus, vt* void of gräs *impius, & eo ſenſu* frï *ablatiuum expetit, vt* frï from anger *vacuus irâ*, empti *caſum non admittit*.

4. *Hæc variam ſyntaxin habent*. deſcended of, *aut* from a nobl hous, *clarâ ortus familiâ*; weri of wurk,

laborem pertæsus, aut wëri with wurking *defessus laborando.*

5. Profitabl *vtilis*, gud *bonus*, hölsum *salutaris*, ljȟt *leuis*, grïvus *molestus*, dier *carus*, welkum *gratus*, redi *paratus*, wanting *qui, vel quod abest* fit *aptus*, ëqual *æqualis* proper *proprio*, answerabl *cõgruus*, akseptabl *acceptus*, ljk *similis*, jüined *cõiunctus*; nier *aut* njȟ *propinquus*, akustomed *assuetus*, frindlj *amicus*, *cum compositis* dis-profitabl *inutilis*, unhölsum *insalubris: et oppositis* il, *aut* nauȟt *malus*, hätful *odiosus, & pluria adhuc adiectiua in* ful, *vt*, harmful *nociuus*, helpful *auxiliaris, &c. quoties casum post se recipiunt, requirunt datiuũ: vt*, it iz profitabl for mj *mihi vtile est*; it iz a veri grïvus thing tu yü, *res tibi permolesta est. Ex his tamen pleraque etiam aliam syntaxeos formam accipere possunt; vt*, In euerj thing ljk tu Merkurj, both for hiz vois, & kuler, *Omnia Mercurio similis, vocemque coloremque.* Ljk *etiam, &* nier *datiui signum non semper requirunt.*

6. Kärful, *genitiuum regit, aut datiuum; vt*, J am kärful of him, *aut* for him, *de eo solicitus sum.* Knöun *notus, &* unknöun *ignotus, datiuum postulant, vt* Terentia waz knöun tu Saluſt, *Terentia nota est Salustio, & alio sensu genitiuum; vt*, Terentia waz knöun of Saluſt, *qui cum eâ rem habuit*

7. Rich *diues*, plentiful *copiosus*, abundant *abundans*, over-flöuing *superfluus*, eksïding *excedens, & alia fortasse his similia, casũ aliũ vix admittunt quàm ablatiuũ cum præpositione; vt*, rich in muni, *pecuniâ diues. Sic* present, *et* absent; *præsens, absens, vt* J waz prezent with him at ðë fvneral *cum eo in funere aderam*; for J kannot bï long absent from him, *neq; enim ab illo diutiùs abesse possum.* Angri *accusatiuum regit, aut ablatiuum*

tiuum, vtrinq; adiunctâ præpositione; vt, bï not angrï with mï, *aut* againſt mï, *noli mihi ſuccenſere.*

Infinita eſt adiectiuorum turba quæ caſus non recipiunt; vt whjt *albus*, blak *niger*, hot *callidus*, loud *canorus*, *&c. magnus etiam numerus eorum quæ ſolum vi adiunctæ &c. magnus etiam numerus eorum quæ ſolũ vi adiunctæ vocis regunt, cuiuſmodi illa ſunt quæ cum verbo* it iz *imperſonaliter vſurpantur, vt* it iz plain *planum eſt.*

Hæc igitur de purâ adiectiuorum rectione dicta ſint, de eâ autem quæ adiectiuis cum alijs orationis partibus communis eſt, poſt dicetur in Menſurâ, Inſtrumento, &c.

Verba caſus regentia.

Nullum verbum poſt ſe nominatiuum recipit, niſi appoſitum præcedenti; quicquid delirant grammatici: vt Kraſus wüld fain sïm a rich man, *Craſſus cupit videri diues*: Sizero dezervz tu bï thöuht an oneſt man, *Cicero meretur exiſtimari vir probus.*

1. Tu akvz, tu kondemn, tu admonish, tu abſolv, *à Latinis aſſumpta Latinam etiam ſyntaxim habent: vt* Hï akvzed Hipia of adulterj, *Hippiam adulterij arceſſebat: quam formã & noſtra ſequuntur* tu akquit, *aut* tu aſoil, *abſoluo*, tu rob *prædor, itemque* tu deprjv *priuo*, tu ſpüil *ſpolio*, tu disburðen *aut* tu ëz *leuo: vt*, Sila robd ðe Sitiſenz of ðeir welth, and ſpüil'd ðem of ðeir ljvz, *Sylla ciuiũ bona deprædatus eſt, ipſoſque etiam vitâ priuauit.* J wil ëz yü of ðis burðen, *Ego te hoc onere leuabo.*

Datiuus poſt Verbum.

2. Tu attribvt *acceptum ferre*, tu impvt *imputo*, tu impart *impertio*, tu ad *addo*, tu ſai *dico*, tu ljkn *aſſimilo*,

tu propôz *propono*; *volunt accusatiuum rei, & datiuũ personæ, aut eius vicem gerentis, cum signo* tu: *vt*, yü mai wel lȷkn ðe painz of a skülmaster tu ðat of a hors in a mil, *ludimagistri laborẽ rite assimiles illi, qui est equi in molâ asinariâ*; tu äplȷ *applico*, tu ȝvin *adiungo*; *volunt accusatiuum personæ, & datiuum rei*: *vt*, aplȷ your self tu lërning, *teipsum studijs adiunge*.

3. Tu provȷd *prospicio*, tu kär *curo*, tu bläm *crimini dare*, tu läbor, *siue* tu tvil *laboro*, tu wurk *operor*, tu täk painz *laborem impendere, &c. datiuum sæpe postulant cum signo* for, *vt*, J lâbor hier for a pür living *hîc ego tenui victui laboro*. Tu kompär *habet* tu, *aut* with, *ad, vel cum*. Tu bistöu *impertio assumit*, upon, *in vel super*. Tu insult, upon, against, *aut* over, *in, contra, aduersus*. Tu put *bifariam construitur*: *vt*, hï put ðe fault upon mï *aut* hï put mï in fâult *crimen mihi imposuit*.

4. Tu send *mitto*, tu yïld *concedo*, tu harkn *ausculto*, tu graunt *largior*, tu promis *promitto*, tu wish *opto*, tu päi *soluo*, tu giv *do*, tu tel *narro*, tu deklär *declaro*, tu rekount *enumero*, tu wrȷt *scribo*, tu deliver *trado*, *datiuũ accersunt aut cum signo, aut sine signo datiui*; *vt* J wil graunt him a third part, *aut* J wil graunt a third part tu him, *trientem illi concedã. Omnibus denique acquisitiuè positis integrum erit, datiuum adiungere*, *vt*, Ðe läbor wil bi tu mi, ðe profit wil redound tu yü, *labor mihi erit, commodũ tibi redundabit*.

5. *Quin & substantiua innumera quæ vi suâ casum non regunt, cum verbo tamen datiuum adscriptum habent*; *vt*, Hï bikäm svrti tu mï for Quinsius, *vadem se mihi stitit pro Quintio*.

6. *Etäi & hæc impersonalia in datiuum feruntur*; it bilongeth *spectat*, it hapneth *cõtingit*, it chanseth *accidit*,

it

it apertaineth *pertinet*, it sïmeth *videtur*, it apiereth *apparet*, jt remaineth *restat*, *& omnia deniq; illa quæ per adiectiua fiunt cum verbo* iz *est*; *vt* it iz lauful *licet*, it iz mït *expedit*. *Quin & ipsum* iz; *est impersonaliter acceptum*; *vt*, It iz for yür profit; *in tuã rem est*; It wil bï for yür onor, *honori tuo conducet*.

7. *Et si Latina quæ cum præpositione ad, in accusatiuo vsurpantur huc etiam attuleris, per me licebit: vnus enim sensus, est & nobis vna syntaxis*: *vt*, hï had mani helps tu ðis grët welth, *multa adiumenta habuit ad has grandiuitias*.

Accusatiuus post verbum.

Omne verbum actiuam significationem habens, aliquo sensu accusatiuũ admittere potest. Illa tantum hic adnoto, quæ apud Latinos cum alijs casibus construuntur; tu engoi *fruor*, tu vz *vtor*, tu want, *aut* tu nïd *egeo*, tu piti *misereor*, tu remember *recordor*, tu forget *obliuiscor*, tu resist *repugno*, tu help *succurro*, tu komaund *impero*, tu get *potior*, tu obai *obsequor*, tu hurt *obsum*, *& alia plura quæ respondent compositis à sum*; *vt* tu govern *præsum*, *&c.* tu serv *seruio*, tu sufer, *permitto*, tu profit *commodo*, tu avail *conduco*, tu requjt *refero*, tu advjz *consulo*, tu welkum *gratulor*, tu kredit *aut* belïv *fido*, *aut credo*; *sed* tu belïv in ön, *in vnum credere*, *de solo dicitur Deo*: tu in rët *supplico*, tu prëvent *præuenio*, *& huiuscemodi fortasse plura. His adnumeres impersoñalia* it konserneth *refert*, it grïveth *dolet*, it plëzeth *placet*, it displëzeth *displicet*, it hurteth *nocet*, it bïfâleth *accidit*, it satisfjeth *satisfacit*, it suffizeth *sufficit*, *et quæ à superioribus personalibus fiunt*; it profiteth *prodest*, it auaileth *conducit*, *&c.*

2. *Accusatiuus ante infinitiuum Anglicè vertitur per*

nomi-

nominatiuum; *vt*, *ſapientes exiſtimant fortunam cedere cõſilio*, Wjz men think ðat fortvn givz pläz tu kounſel *a.v ſapientes exiſtimant quod fortuna cedit conſ. Neutra accuſatiuum regunt cognatæ ſignificationis*; *vt*, ſhï sim'd tu go a grët wäi alön *Longam incomitata videtur ire viam.*

3. *Verba interrogandi, obſecrandi, docendi, duplicem regunt accuſatiuum*; *rei*, *&* *perſonæ*: *vt*, ask him ðis queſtion, *interroga illum hanc quæstionem*; *quæ forma variatur tamen*: *vt*, demaund, *aut* ask ðis of him, *percontare*, *aut quære hoc ab illo.* Tu anſwer *reſpondeo*, tu pardon *aut* forgiv *condono*; *accuſatiuum rei*, *&* *perſonæ ſæpius quàm datiuum habent*: *vt*, anſwer mï ðis *hoc mihi reſponde*: *Dicimus tamen* anſwer mï tu ðis püint, *&* anſwer ðus tu him. *Et* J pardon, *aut* J forgiv yü for it, *hoc tibi condono.*

4. Tu wunder *miror*, tu marvail *admiror*, tu bi amäzed *obſtupeſco*, *accuſatiuum exigunt cum præpoſitione at*; *vt*, J wundred at him *illum demirabar*: *quam formam & alia non rarò ſequuntur*; tu lük *aſpicere*, tu gäz *luſtrare oculis*, tu gäp *impudenter inſpectare*, tu ſtâr *ſtupidus intueri*, tu run *incurro*, *&c.* *quibus ſæpe pro* at *ad*, *ſubiungitur* on, *aut* upon, *in*, *vel ſuper*; *vt*, lük at, on, *vel* upon mï, *vide me*, *vel in me intuere* : *reliqua ferè verba ſenſus regunt accuſatiuum ſine ſignis*; *accuſatiuum inquam eius quod ſentitur.* Tu thruſt *trudo*, tu push *impeto*, tu repïn *inuideo*, *caſum habent cum* at, *aut* againſt.

5. *Pretij*, *aut ſummæ certæ nomen in accuſ. effertur poſt verba* tu bï wurth *valeo*, tu pai *ſoluo*, tu giv *do*, tu offer, *aut* tu bid *offero*; *itemque* tu borõu *mutuò accipere*, tu lend *mutuo dare*, tu pleȝ *oppignoro*; *vt*, a burd in ðe

bag


bag, iz wurth tü on ðe snag, *auis una in marsupio, valet duas in aucupio.* Tu kost *constare, cum pretio sæpe accusatiuum personæ adsumit illius cui emitur; vt,* ðis bük kost mï six shilingz; *hic liber constabat mihi sex solidis. Verbis* tu bj *emo*, tu sel *vendo, substitues ablatiuum pretij cum præpositione* for *pro: vt,* Hï böuht a hors for fjv poundz, and söld him for twjs so much, *emit equum quinque minis, & duplo vendidit. At,* tu stand, *effertur cum* in: *vt,* it standz mï in ten shilingz, *cōstat mihi decem solidis. Post licear* tu prjz, *liceo* tu bï prjzed, tu rät *pretium cōstituo*, tu valv *censeo*, tu estïm, *aut* tu ʒuʒ *æstimo, subiunges* at; *vt,* J valv ðis hors at ten poundz, *hunc equum decem minis æstimo.* Tu estïm, tu höld, tu akount, *laxiùs accepta, laxiorem etiam habent constructionem; vt,* I höld nothing of him, *illum nihili facio.* I höld it not wurth ðis, *non huius æstimo.*

Ablatiuus post verbum.

Tu reward *munero*, tu punish *mulcto*, tu glut *exsaturo*, tu fil *impleo*, tu löd *onero, ablatiuū recipiunt cum præpositione* with; *ut,* disonestj iz punished with disonor, *vitæ turpitudo infamiâ mulctatur.* Tu abound *cum* with, *aut* in; *ut* hï aboundz in welth, *abundat opib9.* Tu frï, *aut* tu deliver *libero*, tu relës *relaxo*, tu rid *expedio*, tu täk *capio, siue aufero*; tu resëv *recipio*, tu exempt *eximo, et hoc sensu fortasse plura, adsciscunt signū* of, out of, *aut* from. Tu deserv *mereor*, of: tu akquit *aut* tu asoil *absoluo, adhibent casui suo* of, *aut* from. Tu böst *efferre se*, tu brag *iactare*, tu glöri, *aut* tu vaunt *glorior*; *habent* in, *aut* of, *ut* fülz böst in their richez, leud men vaunt of ðeir plëzvrz, *stulti in diuitijs suis se magnificè efferunt, improbi de voluptatibus gloriantur.* Tu ʒoi *lætor*, in *tan-*

tum postulat. Tu withöld *detineo*, tu abstaïn *abstineo*, tu restrain *retineo*, tu difer *disto*, tu depart *discedo*, *denique Latina fere omnia quæ per a, ab, cum, & reliquis casum sextum regentibus efferuntur, sic etiam Anglicè construuntur.*

Passiuam significationem habentia, etiam hanc syntaxeos formam sequuntur cum signis of, for, bj: *vt,* Hi waz diligentlj tauht bj mi, *sedulò à me docebatur.* Hj waz blam'd for hiz böldnes, luv'd for hiz wit, *ob audaciã vituperabatur, propter ingenium amabatur.* Đe los of tjm iz muh tu bi lamented of al men, *boni temporis perditio omnibus multùm deflenda est.*



Cap. XVII.

Casus varius est.

IN *verbis appetendi: vt,* ðe mjnd of a kuvetus man thirsts for, *aut* after göld, *auari animus aurum sitit*; ðe thöuhts of a lërned man sïk and serch knöulez, for, *aut* after knöulez, *docti cogitationes quærunt, & inuestigant veritatem & scientiam*; tu hunt *venor*, tu folöu *sequor*, tu pursv *persequor*, tu kuvet *cupio*, *accusatiuum solitarium habent; aut etiam cum signo* after; tu dezjr *peto, accusatiuum tantùm. Varius etiam casus est in nomine loci, instrumento, & mensurâ.*

Loci nomen.

Multis signis locum concedit; quies in Loco sic; J liv in Lundon, at Lundon *Londini viuo: motus ad locum,* J go tu Lundon, towardz Lundon, *& nuperâ phrasi*

for

for Lundon, *verſus Lond. a. v. pro Londino: à loco*, from Lundon, *& pro vario ſenſu, locus eſt ferè omnibus præpoſitionibus. Sed in inſcriptionibus, voces ſingulæ locum ſuum honeſtè defendunt, ſic*: Tu mj frind A. B. at hiz hous in Mâlden, *Amico meo A. B, domi ſuæ in Camulodumo: non* in hiz hous at Mâlden; *quamuis loci communis nomine omiſſo, dicamus*, Hï iz in hiz hous *intus eſt*.

Inſtrumentũ, materia, modus actionis, cauſa, pars; poſt adiectiua, & verba cum præpoſitionibus ablatiuum, nonnunquam etiam accuſatiuum regentibus vſurpantur. Inſtrumentũ quidem cum with, bj, *aut* thruh; *vt* ſlain with a ſwurd *occiſus gladio*; J withdrv him with, bj, *aut* thruh gud kounſel: a. v. *cũ bono conſilio, aut per bonũ cõſilium abduxi eũ. Materia ex qua, cũ* of; *vt*, mäd of ſilver *ex argento factus: in qua, cum* in, *aut* intu: *vt*, a diamond ſet in gôld, *aut* intu gôld, *adamas in auro fixus, aut in aurum: circa quam, cum* in, *aut* about: *vt*, bizied in, *aut* about mani thingz *circa multa, aut in multis occupatus. Modus actionis cum* with *conſtruitur, aut* in; *vt* hï ſpäk with much ërneſtnes, *magnâ cum vehementiâ locutus eſt*; hï tôld mï in ſober ſadnes, *mihi ſeriò dixit. Hic ablatiuus ſæpe in aduerbium tranſit: vt*, hï ſpäk verj ërneſtlj, *admodum vehementer locutus eſt. Cauſa quidem dicitur cum*, of, with, for: *vt*, J waz ſik of an agv, *ex febri laborabam*: päl with, *aut* for anger *pallidus irâ. Frequens hîc vſus eſt noſtri idiomatis; quòd coniunctio* bikauz, *quia ex nomine componitur, genitiuum regit more nominum; vt*, hï iz päl bikauz of hiz anger. *pallidus eſt ratione iræ ſuæ: ad verbum, quia iræ ſuæ. Pars denique effertur cum* of, *aut* in; *vt*, hï iz läm of hiz handz, pain'd in hiz fit, *aut etiam ſine præpoſitione: vt*, hï iz läm, hand and fvt, *manibus pedibuſque claudus eſt*.


Magnitudinis, spatij & temporis Mensura, variam admittit constructionem: nam & absoluta videtur, & rectionis. Absoluta; vt, quum dicimus, a man of a grët aʒ, *homo prouectâ ætate, &* an öld man of a hundred and tuenti yërz, *senex annos natus centũ & viginti*; hï undertük a ʒurnei of a thouzand mįl, *suscepit iter milliarium* 1000. a man of six füt & sevn inchez, *vir sex pedum & 7. digitorum. Sed hîc videtur eclipsis vocis* hįħ *altus, illîc vocis* long *longum. Rectionis autem syntaxi quandoque adiectiua, sæpius verba, nonnunquam etiam vox consignificatiua accusatiuum suscipit, aut ablatiuum; idque aut cum præpositione, aut sine eâ: Accusatiuum; vt* J hav lived four and fifti yërz, *vixi annos* 54. a buoi sevn yërz öld, *puer annos natus septem*; hï käm about midnįħt *venit circiter noctis meridiem. Ablatiuus etiam quandoque sua signa habet: vt,* hï käm lät at nįħt, *aut* in ðe nįħt, *serus venit ad multam noctem: quandoque amittit, vt,* shï was sik ðis nįħt, *hac nocte ægrotauit. Differentia autẽ est in vsu casuum, & maximè sine signis positorum: quia accusatiuus actionis continuitatem significat: vt,* ðe chįld was sik ten däiz of an ägv, *puer totos decẽ dies laborabat febri.* J ʒurneied föur däiz togeðer däi & nįħt, *dies quatuor continuos iter feci noctuq; diuque. Ablatiuus autem partem temporis innuit, aut intermissionem, aut aliquid insolitum: vt,* J slept wel tu nįħt, *aut* ðis nįħt, *hac nocte bene dormiui. i. quod alijs non feceram. Neque cum his solis quas diximus præpositionibus casus comitati veniunt, sed alios etiam habent anteambulones;* on, upon, *&* a, *pro* on: *vt,* J wil go tu church a Sundai, *die solis adibo templum; similiter alios; vt,* a thïf kumz bį nįħt not befor sun-set, *fur venit noctu,*

non ante occasum solis. Let super bi redi against six a klok, or bitwïn six and sevn : J wil bï hier again within tü ouerz, bj and bj after six, *paretur cœna in horam sextam, aut intra sextam & septimam, hîc rursus adero infra duas horas, statim post sextam.* J kan not dü it under a dai, *infra diem non possum perficere. Sic etiā aduerbia regunt aut casus solitarios, aut præpositionibus adnexos; vt*, Hï failz not tu kum tu mï öns a dai; *non fallit ad me accedere semel in die.* ðe agv shük him thrjs in ön dai *febris eum ter in vno die concußit. Hæc syntaxis etiam in pondere valet, aut potius in numero*; ðis ring waiz thrï dramz, almost ʒiij, about ʒiij, *hic annulus pēdit drachmas tres; fere ʒiij, circiter ʒiij, &c.* it iz a ring of ʒiij, *est annulus trium drachmarum.*

Notiones communes.

1. *Pro vario sensu, varius etiam casus, tam nominibus quàm verbis subiungitur : vt*, J wil bï ivn with him for az gud a turn, *illi par ero æquali beneficio.* Hï gäv mï ten shilingz in paun upon ðe bargain, at ðe exchanȝ, diverz marchants standing bj; *dedit mihi decem solidos pignori in pactum, ad excambium, diuersis mercatoribus adstantibus.*

2. *Nata aliunde regunt casus eorum à quibus deriuantur : vt*, it waz dun profitablj for mï, *mihi vtiliter factum est: quia* profitabl *datiuum regit, proinde & aduerbium exinde natum; sic etiam regunt verbalia: vt*, yü shal bï taulit beter manerz, *doctus eris meliores mores, quia doceo accusatiuum habet.*



Cap. XVIII.

Rectio verbi.

I.

Omnis coniunctio ad cuius præsentiam signa Potentialis modi negliguntur, modum nihilominus potentialem regere intelligitur; vt, If ðou bist ðe man ðat J täk ði for, *si tu ille sis quem ego te esse autumo.*

2. *Deficit aliquando & ipsa coniunctio verbo tamen manente potentiali; vt,* Had a mën man spökn ðez wurdz, no such wizdum had apïred in ðem, *si quis homo obscurus hæc verba dixisset, tanta in illis sapientia non enituisset. Hic ergo temporis signum locatur ante nominatiuum;* Had J dun ðis, *si ego hoc fecissem; in indicatiuo contrà,* J had dun ðis, *Ego hoc feceram.*

3. *Infinitiuus et nomina sequitur, et verba. Post verba signum suum* tu, *sæpe deserit; vt* I kanot understand yü, *non possum te intelligere: sæpe dixi, quia sæpe adsumit: vt,* bid him wrjt *sine signo: at* komaund him tu wrjt, *sine signo non dicitur. Infinitiuus post nomina signum non amittit. Est autem nomen aut substantiuum, post quod infinitiuus respondet gerundio in di; vt,* It iz tjm tu strjk whjl ðe jern iz hot, *tempus est feriendi dum candet ferrum: aut adiectiuum, quod quidem ita regit ut Latinum; vt,* No wuman iz wurðj tu bi luved, but for her virtvz; *nulla mulier digna est amari nisi propter virtutes.*

4. *Substantiale verbũ* tu bï, *si ante infinitiuum stet solitarium, necessitatem quandam actionis denotat, aut passionis;*

ſionis; *vt*, J am tu wrjt, *neceſſe habeo ſcribere*; Hï iz tu bï punished for anoðerz wrong, *ille puniëdus eſt, aut puniri debet, ob delictum alterius. Si aſsumat præpoſitionem* about, *reſpondet ſimpliciter futuro in rus*; *vt*, J am about tu wrjt, *ſcripturus ſum: aut cum verbali paſsiuo, futuro in dus*; *vt*, Ðei ar about tu bï turn'd out of dürz, *foras quatiendi ſunt*.

5. *Vt elegans, ita latiſsimus vſus eſt verbalis in* ing. *Nam præterquam quod diximus de ſubſtantiuo cum tempore, &c. poſt verba motus* tu go *eo*, *aut* tu kum *venio*, *cum præpoſitione* [a] *prioris ſupini vicem præſtat*; *vt*, Ðeï went a hunting, *venatum ibant*: kum yü heðer a sköulding? *huc rixatum venis?*

6. *Verbale in* ing, *cum particulâ* az *vtpote*, *vel etiam ſine eâ, ad poſſeſsiua ſiue deriuatiua perſonalia relatum; implicitum habet redditiuum qui, quæ, vel quod*: *vt*, If hï wil dü ani thing at yür komaund, as bïing hiz maſter, *ſi quid tuo iuſſu fecerit, vtpote exiſtens, pro qui exiſtis illius magiſter*. Mj rëding of büks kanot bï grët, ſpending ſo much tjm with mj skolârz, *mea librorum lectio multa eſſe non poteſt, conſumens tantum temporis cum diſcipulis meis. pro, qui conſumo.*

Verbale in ing, *cum articulo* [a] *nonnunquam reſpondet gerundio in dum*; *vt*, ſet it a ſuning, *pone ad inſolandum.*

Notio communis.

VBi de vocis alicuius rectione nihil præceptum eſt, Latinam ſyntaxim ſequere: *vt*, it bihüveth mï, *me oportet.*

De syntaxi schesmatisticâ.

Lectorem moror aliquantisper.

Fieri potest (lector) vt multa quæ hîc de figuris dicturus sum, ab hoc nostro instituto aliena dijudices: à rhetoribus tantùm adscititia, vt pullum nostrum peregrinis coloribus adórnem. Scio quidem permagni nominis auctores Ciceronem, Quintilianum, de his vti ad suam prouinciam spectantibus statuisse: at si ista suis finibus metiamur, spectabunt magis ad logonomum. Rhetoricæ finis est persuadere: ad hoc duobus vtitur subsidijs; argumentis videlicet, & (sine qua illa commodùm tractari non possunt) excultâ oratione. Nulla erit ergo Logica quæ argumenta inuenire, & concludere docet præter Rhetoricam? non dices. Fatere igitur Logonomi esse orationem excolere, vt Logici argumentari. Ostendit ergo M. Tullius argumentorum sedes; sed Logicam docuit, non Rhetoricam: & orationis exornationes ostendit; Grammaticus audit, non Orator. Fatebor tamen oratori loca esse quædam vnde animorum motus impellat, quæ omnium optimè, Aristoteles declarauit: & figuras etiam arti suæ accommodatas, παρέλειψιν, ὑποτύπωσιν, συναθροισμόν, Commorationem, &c. quæ quidem vtcunque orationis stilum varient, tamen à communi syntaxeos filo, aut quam hîc damus figuratâ eam nihil immutant. Sed vt demus hæc ad Grammaticum non spectare, spectabunt tamen ad logonomum; imo & ipse totus Rhetor, quantuscunque esse potest, Logonomiæ tamen finibus concludetur. Malui igitur apud alios tanti fieri, vt supplêsse velint quod reliqui: quam vniuersum Logonomiæ ἐγκυκλοπαιδείαν profiteri. Et quia neminem eloquentiæ iudicem satis idoneum adhibeo, qui in vocum significatione hæsurus est: noli amplius Latinam interpretationem à me expetere, quam si conarer vix assequi possem, sermonis certè nostri venustatem ita inconcinnè tegerem; vt nullam postea veniam ab Anglicis auribus impetrarem. Nam quantùm Latinorum hominum industria Græcos in hoc studij genere vicit; tantùm Latinam supellectilem, reliquamque (existimo) omnem, ornatus Anglicus superauit. Nec scribitur Anglicè, nec dicitur sine figurâ. Sed vt in cœlo clariora sunt lumina quam quæ oculi ferant, & obscura adeo vt visum vix feriant; sic & apud nos sunt Metaplasmi, Eclipses, aliæ, quas, aures nonnisi perpurgatissimæ diiudicant; sunt tamen quæ illas ita leniunt, vt deliniant; ita sensum capiunt, vt animum rapiant. Et quia aliquis ista fortasse legat qui iam diu ferulæ manum subduxit, addam definitiones, quas olim memoriæ subleuandæ causâ, discipulis meis, partim ex Mancinello, Despauterio, aut aliunde collegi; partim ipse perstrinxi numeris: quæ si displiceant, cuiq; erit

erit integrum meliora substituere. Exempla ferè omnia è Spenceri poemate desumuntur, cui titulus *De Faeri Quin.*



Cap. XIX.

Ad rem redeo.

ORationis *σχῆμα sine ornatus ille quo à vulgatâ differt, aut in Delectu verborum est, aut in Vsu. In Delectu Tropus est, quia dictio aliqua à propriâ significatione ad aliam vertitur. Tropus aliâs vocetur* Συνεκδοχὴ, *id est conceptio, siue intellectio: aut similis à simili, quæ* Μεταφορὰ *siue Translatio est: aut contrarij à contrario, Ironia dicta: aut tertiò cum causa, subiectum, totum; ab effectu, adiuncto, parte intelligitur; aut econtra: hinc* Μετωνυμία *siue transnominatio est. Sed ne in hæresin grammaticam abeamus, dicamus cum vulgo totius aut partis metonymiam esse propriè dictam Synecdochen: sic Tropi erunt primarij quatuor, cum suis appendicibus. Tropus omnis verecundus esse debet, non nimiùm detortus; nam si durior videatur* Κατάχρησις, *siue abusio dicetur; si audacior Hyperbole; si humilior, Liptote,* Μείωσις, *siue* Ταπείνωσις. *Hæc alijs schemata, mihi potiùs schematum videntur affectiones.*

Dura Catachresis dicetur abusio vocis. Vt,

But ah whü kan desëv hiz destinj?

desëv | *fallere, profugere. Et paulò post.*

So tikl bï ðe termz of mortâl stât, *Faeri Quin libro 3. canto 4.*

And ful of sutl sofizms which du plai

With dubl sensez, and with fâls debât.

debât | *contentionem dixit pro ratiocinatione, quia* debât *significat simultates, nisi* καταχρηστικῶς.

Transcensus veri manifestus Hyperbola fiet.

Mancinelus. Ðe wâlz wër hj, but nothing strong, nor thik;
F. Q. l. 1. c. 4. And göldn füil âl over ðem displäid:
Ðat pvrest skj with brjħtnes ðëi dismäid.

F. Q. l. 1. c. 5. With hideus horror both togëðer smjt,
And sous so sör, ðat ðëi ðe hevnz âfrai.

Si verum extenues verbis μείωσις *habetur.*

Shep. Kal. Ægleg. 5. So bï yür gudlihed, du not disdäin
Ðe bäs kindred of so simpl swäin.

du not disdain] *noli habere contemptui. i. boni consule.*

Mï âl tü mën, ðe säkred mvz arëdz,

Et in præfatione in lib. 3. totus est in extenuatione sui.

Hou shal J ðen aprentis of ðat skil?

aprentis] *tyronem se dicit magnus magister.*

A sensu simili sumptum Translatio *verbum est:*

But nou wëk äz had dim'd hiz kandl ljħt.
F. Q. l. 6. c. 3. Hï ðertu mïting said, *pro* answering *obuians, pro respondens.*

Jshal yü wel reward tu sheu ðe pläs,
F. Q. l. 1. c. 1. In which ðat wiked wjħt hiz däiz duth wër.

wër] *terit pro consumit.*

Nec te pigeat à Iuuenali nostro Georgio Wiðerz, vbi satyra asperitatē seposuit frequentem audire Metaphoram.

Fäier bj natvr bïing born,
Boröu'd beuti shï duth skorn.
Hï ðat kiseth her, nïd fër
No unhölsum vernish ðër:
For from ðens, hï onlj sips
Ðe pvr Nektar of her lips:
And with ðez, at öns hï klözez

Melting rvbiz; cheriz, rōzez.

Ab hoc fonte ſunt Allegoriæ omnes, & Comparationes, Παροιμίαι etiam pleræq;, et Αἰνίγματα. Allegoria enim nihil aliud eſt, quàm continuata Metaphora. In hac frequens eſt Lucanus noſter Samuel Daniel. Delia, ſonet 31.

Räzing mj hōps on hilz of hjħ dezjr,
Thinking tu skäl ðe hëvn of hir hart,
Mj ſlender mënz przvm'd tü hj a part.
Her thunder of diſdain forſt mï retjr,
And thrv mï doun, &c.

Hvȝ ſë of ſorōu, and tempeſteus grïf, F. Q. l. 3. c. 4.
Whërin mj fïbl bark iz toſed long,
Far from ðe hōped hävn of relïf:
Whj du ðj krvel bilōz bët ſo ſtrong,
And ðj moiſt mountainz ëch on oðer throng,
Thrëting tu ſwalōu up mj fërful ljf?
O du ðj krvel wrath and ſpjtful wrong
At length alai, and ſtint ðj ſtormi ſtrjf,
Which in ðëz trubled bouelz rainz and räȝeth rjf.
For els mj fïbl veſel, kräz'd and kräkt,
Kanot endvr, &c. *Sed & totum Spenſeri poema allegoria eſt, quà ethicen fabulis edocet. Sic Allegoria rem totã per Metaphorã obſcurè tractat: Paroimia, & Ænigma multo obſcurius: Comparatio dilucidius, quia primò Metaforam explicat, poſtea cum re componit.*

Az when tü ramz, ſtird with ambiſius prjd, F. Q. lib. 1. c. 2.
Fjħt for ðe rvl of ðe fair flïſed flok;
Ðeir horned fronts ſo fërs on eiðer ſjd
Du mït, ðat with ðe teror of ðe shok,
Aſtonied both ſtand ſenſles as a blok,
Forgetful of ðe hanging viktorj:
So ſtüd ðëz twain unmüved az a rok, &c.

A sensu proprio ludit contrarius Εἰρων.

Staniburst Æneis lib. 4.

Praiz of an hjh rekning, an a trik tu bï grëtlï renouned

Yü with yür priket purchast. Lo ðe *victori* fämus,

With tü godz paking ön wumman silli tu kuzn.

Commune defunctorum totum est in Ironiâ, vt & illud Philippi Sidnei, in ingeniosissimo illo Arcadiæ poemate, nisi quod versibus scriptum non est.

Ljk grët god Säturn fair, & ljk fair Venus chäst, &c.

Ad Ironiam sine Sarcasmum referuntur Antifrasis, Insultatio, Παράληψις, *Asteismos, & omnia illa in quibus sermo, à rei ipsius veritate dissentit.*

Mancinel.

Antiphasis vox est signans contraria dicto.

Spens Ruin. Temp.

Tu tel mj förfez machabl tu nön,

Wër but lost läbor ðat feu wüld bilïv.

machabl tu nön] *nullis pares. i. quibus nullæ pares erant.*

Subiecti adiunctum si signes nomine, vel si

Pro causâ effectum supponas, aut vice versâ;

Ista Μετωνυμίαν *faciet conversio vocum.*

Ðen shal J yü rekount a rvful käs

F. Q. l. 1. c. 9.

(Said hï) ðe which with ðis unluki ei

J lät bïheld; and had not grëter gräs

Mi reft from it, had bïn partäker of ðe pläs.

unluki ei] *infausto oculo. i. rei infaustæ teste, sic* ðe pläs.] *locum dixit, rei adiunctum, pro re ipsâ.*

lib. 3. c. 4.

But after âl yür war, uow rest yür wëri knjf.

sicam defessam nominat, pro defesso bellatore.

Ibidem.

For ðj, shï gäv him warning everi däi,

Ðe luv of wimen not tu entertain;

A lesn tü tu hard for living kläi

living kläi] *causa pro effectu posita; quia homo ab humo factus est.*

Huc refer Antonomasiam, Metalepsin, & Onomatopœiam; atque etiam, si digna sit, Barbaralexin. Spero hîc definitionibus opus non esse: sed ne spem tuam fallam, habes ex Mancinello.]

Antonomasia est sumptum pro nomine nomen.

Ne let hiz fäirest Sinthia refvz,
In mirors mör ðen ön her self tu sï:
But eiðer Gloriana let hir chvz,
Or in Belfëbe fashioned tu bï:
In ð'ön her rvl, in ð'oðer her rär chastitï. *Fa. Qu. Pref. in lib. 3.*

Nominis ex alio transumptio fit Μετάληψις.

But fäir Karisa tu a luvlj fër
Waz linked, and bj him had manj plezez dër. *F. Q. lib. 1. can. 10.*

pleðez] *pignora, id est amoris, pro liberis.*

For tu ðï iz unknöun ðe krädl of ðj brüd.

krädl of ðj brüd] *incunabula ortus tui, pro parentibus.* *Ibidem.*

Finge nouas voces, Onomatopœia fiet.

And mör tu lul him in his slumber soft, &c.

Sequitur ibidē. murmuring wjnd, Hï mumbled soft. *F. Q. l. 1. c. 1.*

& si hæc placent lege Stanihursti Liparem, ex lib. 8. Æneidos Virgilij.

De Barbaralexi, ferme hæreo quid sim scripturus. Nam si in furta eorum inuehar qui è linguâ Latinâ, Gallicâ, & vt categoricè dicam quauis aliâ, magnam faciunt in re tenui, sapientiæ & doctrinæ speciem, quum verbum vnum aut alterum non antea auditum cudere possunt; Grammaticaster allatror: si facundiam eorum, & ingenium collaudem, vereor ne maioribus meis, qui nil tale fecerunt, ni-

nil tale cogitarunt, barbariei notam inuram, & quam linguam eorum ſuauitatis,& copiæ laudibus extollo;vt horridam, vt incultam, & inopem vituperem. Quare vt de nouo hoc verborum aucupio nihil ipſe aſſeram; afferam quæ clariſſimi oratores cenſuerunt, qui Romanam eloquentiam & præceptis, & exemplis illuſtrarunt. Sic igitur M.Tullius Off.lib.1. Sermone eo debemus vti,qui notus eſt nobis:ne vt quidam Græca verba inculcãtes,iure optimo irrideamur. Idem voluit eruditiſſimus Quintilianus lib.1.cap.6. Vtendum planè ſermone vt nummo,cui publica forma eſt.Et paulo poſt.Oratio verò cuius ſumma virtus eſt perſpicuitas,quàm ſit vitioſa ſi egeat interprete? Verborum autem delectum hunc laudat.Verba,à vetuſtate repetita,afferunt orationi maieſtatem non ſine delectatione. Nam & auctoritatem antiquitatis habent;&,quia intermiſſa, gratiam nouitati ſimilem parant. Quod ſi verum eſt,etiam & obſoleta illa quæ videntur, *of yör*,& *Febus welked in ðe weſt*,*Hï wexed wud and yond*,& cætera his ſimilia,gratiam aliquando impetrabunt: ſurreptitius autem ille fœtus, *pondering*, *perpending*,*and revolüting*, ſemper hærebit in Barbaralexi.


Pro toto pars eſt,pro parte Synecdocha totum.

F.Q.l.1.c.9. Ðou tu redïm ðï wöful parents hëd,
Haſt wandred thruħ ðe world nou long a däi:
Yit ſëſeſt not ðj wëri ſölz tu lëd.
But dün ðj fïbl fït unwïting hiðer ſträi?

hëd] *pro vitâ,& illa pro libertate tranſumpta* μεταλήψει *eſt.*
[a dai] *dies, ſynecdoche partis eſt pro toto.i.tempore.* Ita ſölz] *plantæ pro pedibus,&* fït *pedes,pro integrâ perſonâ.*

libro 6.canto 3. Him Kalidör ðus kari'd on hiz chjn.

chjn] *ſpina dorſi pro dorſo ponitur.*



CAP. XX.

De figuris ſyntaxeos.

SIc fuit tropus in vocum delectu: ſequitur in vſu figura. Figura aut in vnicâ tantùm voce ſpectatur,aut in ſen-

ſententiâ. In voce ſpectatur ſonus, aut (quatenus à vulgatâ differt) ſyntaxis. In ſyntaxi eſt vocis alicuius, aut fortè clauſulæ, Defectus, Redundantia, Enallage: ſed hæc vocis tantùm eſt. Defectum indicant, 1. Eclipſis, 2. Articulus, 3. Apoſiopeſis, 4. Zeugma, 5. Syllepſis.

1. *Clauſula ſi deſit, vel vox, dicatur Eclipſis.*

So of hï did hiz shïld, and dounward laid *F.Q.l.6.can.3.*
Vpon ðe ground, ljk tu a holöu bër.

poſt laid *deficit particula* (it).

Ðe garland from hiz hed hï ſün diſpläſt, *F.Q.l.6.can.9.*
And did it put on Koridons in ſtëd. *deeſt* of his öun.

Manc.

2. *Cum ſine iuncturâ voces variæ ſociantur;*
Articulum certè, vel κοινότητι *efficiemus.*

Yür eiz, yür ërz, yür tung, yür tâlk reſträin *F.Q.l.6.c.[illegible]*
From ðat ðëi möſt affekt, and in dv tërmz retäin:

For what hath ljf, ðat mai it luved mäk? *F.Q.l.1.c.9.*
And givz not räðer kauz it dailj tu forsäk?
Fër, ſiknes, äg, los, läbor, ſoröu, ſtrjf,
Pain, hunger, köld, ðat mäks ðe hart tu quäk;
And ever fikl fortvn raging rjf:
Æl which, and thouzandz mo, dü mak a lothſum ljf.

ἀποσιώπησις *Reticentia, Præciſio, Interruptio.*

3. *Sermo præciſus ſubitò, Reticentia dicta eſt.*

In prinſes kürt. ðe reſt ſï wüld hav ſaid, *F.Q.l.2.c.3.*
But ðat ðe fülish man, &c.

Sï held hir wrathful hand from venzans ſör. *F.Q.l.4.c.7.*

But

But dräing nër, ër hï hir wel biheld:
Iz ðis ðe faith (shï said?) and said no mör,
But turn'd hir fast, and fled awai for evermör.

Ζεῦγμα *Adiunctio.*

Desp. *4. Verbo vno plures sensus per Zeugma reeludo.*
F.Q.l.1.c.8. But, neiðer darknes foul, nor filthi bandz,
Nor noius smel, hiz purpöz küld withhöld.
F.Q.l.1.c.11. And hï hiz fäz, hiz hed, hiz brest did bët.

Σύλληψις, *Collectio, Conceptio.*

5. Syllepsin faciet vox ad diuersa relata.

Differt à Zeugmate, quod ibi nulla vocis mutatio requiritur: hic autem vox quæ cum proximè præcedenti cohæret, ad aliam sententiæ clausulam relata, mutanda est. Itaque in omni syllepsi Zeugma est, non econtra. Vt, Neiðer hï, nor yü, ar äbl tu mäk mï amendz. *verbum* [ar] *ad alium nominatiuum relatum mutatur in* iz; neiðer yü, nor hï iz äbl, *&c. Nam Verbum, licet ad duos Nominatiuos diuersarum Personarum relatum, tamen cum proxime præcedenti cohærebit.*

Omnium figurarum quæ Redundantiam indicant genus est 1. Pleonasmus; cuius præcipuæ species sunt, 2. Macrologia siue Περισσολογία; 3. Συνωνυμία; 4. Ἐπίθετον; 5. Χρῆσις; 6. Περίφρασις; 7. *Hendyalismus;* 8. Πολυσύνδετον.

1. Esto Pleonasmus, si quid sermone redundet.
Ðei häv throuħt mani batails fouħt in pläs,
F.Q.l.1.c.10. Hiħ rër'd ðeir roial thrön in Britain land.
in pläs *redundat.* Strâ mï ðe ground with dafadoundiliz. *Hinc nomine potius quàm re differunt*
Shep. Kal. Æglog. 5.

2. *Ma-*

2. *Macrologia siue Perissologia,& 3.Synonymia.*

And vanquisht ðem unäbl tu withstand,

vltima clausula περιττὴ *: vt & alibi.*

Hï folöued and pursved fast, folöued fast,*&* pursved fast,*sensu non differunt magis,quam* διώκω, *& persequor.*Μακρολογίας *exemplum habes*

But noius smel hiz purpöz küld not höuld,
But ðat with konstant zël,and kouraȝ böuld, F.Q.l.1.c.8.
After long painz, and läbors manifould;
Hï found ðe mënz ðat prizner up tu rër.

with konstant,&c.*vsque ad* manifould,*ad sensum non necessariò adduntur.*

3 .*Verba Synonymiâ noua rem dant prorsus eandē.*

Wï met ðat vilan,ðat vjl miskreant,
Ðat kursed wjht,from whöm J skäpt whjl-ër, F.Q.l.1.c.9.
A man of hel,ðat kâlz himself Despair.

Ἐπίθετον,*Appositum,Attributum.*

4.*Dicitur Appositum fixo bene mobile quadrans:*

But wjz Speranza gäv him kumfort swït.

Hæc figura nihil aliud est quam adiectiuum cum substantiuo; vsq; adeo stultè repuerascunt Logonomi. At si in eâdem periodo frequens sit; 5.*Schesis dicitur,& orationem exornat.*

Nominibus cunctis si fingis epitheton vnquam,
Fit Schesis; aut uni si forsan plurima iungas.

Much gan ðei präiz ðe trïz so straiht and hj,
Ðe sailing pjn,ðe Sëdar proud and tâl, F.Q.l.1.c.1.
Ðe vjn-prop elm, ðe poplar never drj,
Ðe bïlder ök,söl king of forests âl,

Ðe aſpin gud for ſtävz, ðe sjpres fvneral, &c.

F.Q.l.1.c.4. Ful mani miſchïfs folou krvel wrath;
Abhored blud-shed, and tvmultvus ſtrjf,
Unmanli murðer, aud unthrifti skath,
Biter diſpjt, with rankerus ruſti knjf,
Ðe ſweling ſplïn, and frenzi razing rjf, &c.

Περίφρασις, Circuitus, Circuitio, Circumloquutio.

Farnabeius. *6 Rem circumloquitur per plura Περίφρασις vnam.*

F.Q.l,1.c.10. Hï ðat ðe blud-red bilöuz, ljk a wâl,
On eiðer sjd diſparted with hiz rod;
Til âl hiz armj drj-füt thruħ ðem yod.

id eſt Möſes. *Huc afferuntur omnes deſcriptiones locorum, perſonarum, temporum, &c. quibus omne poema ſcatet. quæ ſi placet habe ex eodem Farnabeio.*

[a] Res, [b] loca, [c] perſonas, [d] affectus, [e] tempora geſta:
[f] Characteriſmus dilucidat, explicat, ornat.

Quæ quidem apud logonomos hæc nomina ſortita ſunt. [a] Pragmatografia, [b] Topografia aut Topotheſia, [c] Proſopografia, [d] Pathografia, [e] Chronografia, [f] qui etiam Hypotypoſis dicitur aut Energia, de quibus ſi vlteriùs quærere libet, vide Suſenbrotum & alios. Eſt Chronografiæ exemplum.

F.Q.l.1.c.2. Nou, when ðe rözi-fingred morning faier
Wëri of azed Tjthönz ſafern bed,
Had ſpred her purpl röb thruħ deui aier,
And ðe hjħ hilz Titan diskuvered.

id eſt ad exortum ſolis.

7. Mobile fac fixum fiet ſic Hendyaliſmus.

F.Q.l1.c.9. Ðo waxing wëri of ðat tüil and pain, *id eſt,* painful tüil.

Prins

Prins Artur gäv a box of diamond ſvr,
Embou'd with göld, and gorȝeus ornament.
id eſt, with göld gorȝeuſly adorned, or ſet out.

8. Polyſyndeton, ſiue vt placet Deſpauterio Polyſyntheton, ſic illi definitur.

Copula multiplicata facit Polyſyntheton vſque.
Sed multò meliùs amantiſsimus noſtri Farnabeius.
Coniunctura frequens vocum Polyſyndeton eſto.
— Ål on konfvzed hëps ðei throng, F.Q.l.6.c.11.
And ſnach, and bjt, and tug, and rend, and tër.
Tu whom fäir ſemblans (as hï küld) hï sheud: Ibidem c.4.
Bj sjnz, bj lüks, bj âl hiz oðer ȝësts.

Ἐναλλαγὴ, Ἀλλοιώσεις, Ἀλλοίωσις, *Alternatio. Hæc ſi in caſibus fiat* Ἀντίπτωσις *dicitur; ſi in numero* σύλληψις*: apud nos, vlla vocis pro voce poſitio Enallage dicitur.*

Dicta Alloiöſis vox eſt pro voce repoſta.
Hï rouz'd himſelf ful bljð, and häſtned ðem untïl, F.Q.l.5.c.8.
pro untu: *quamuis apud Boreales hæc nulla eſt Enallage.* faint-hart fülz *pro* faint-harted. of nothing täks hï kïp *pro* kär.
Ðei fled from pläs tu pläs with kouherd shäm,
So ðat with fjnal förs, ðem âl hï overkäm.
kouherd *pro* kouherdlj, *aut* kouherdljk. & fjnal *pro* finalj. *Sed hæc Enallage poeticam etiam ſyntaxim requirit, quam vulgaris non admittit. Soluta enim oratio ſic eſt:* ſo ðat fjnalj, hï overkäm ðem âl with, *aut* bj förs. *Nec ſolis eſt in vſu poetis Enallage, ſed & prorsâ ſcriptoribus, & in foro baiulis: vt,* mï thôuht it shüld bï yü,

and ſo mï thinks. *vbi Acc.* mï, *pro nominatiuo eſt, & tertia perſona* thinks *pro primâ.*



Cap. XXI.

De figuris in ſono.

PEruenimus ad figuras, quæ in voce ſunt ratione ſoni: vox autem ſimilis eſt, aut eadem: idque aut ſignificatu, aut ſono tantùm. Eadem ſignificatu, aut ſola reſumitur; aut cum Ἐξηγήσει, *ſive interpretatione. Si ſola, aut in principio frequens eſt, idque continuè in* 1. Ἐπιζεύξει*: aut disiunctè, hæc* 2. Ἀναφορὰ *dcitur: aut in fine, quæ* 3. Ἐπιστροφὴ*: aut vtrobique, & eſt* 4. Ἐπανάληψις. *In fine item præcedentis clauſulæ, & initio ſequentis* 5. Ἀναδίπλωσις *eſt: hîc ſi rerum etiam incrementum ſit,* 6. Κλίμαξ *eſt. Frequētata porro Anafora cum Epiſtrofe* 7. Συμπλοκὴν *faciunt. Porrò ſi vox eadem cum explicatione reſumatur* 8. Ἐξήγησις *dicitur aut* Ἐνάργεια. *At ſi vox eadem ſono tantùm ſit, at ſignificatione diſſimili,* 9. *Copulatio dicitur: ſi diſpari* 10. Ἀνταναάκλασις. *Denique ſimiles voces aut ab vno ſunt themate, in quibus eſt* 11. Πολύπτωτον, *& Traductio: aut à diuerſo, vbi* 12. Παρονομασία *&* 13. Ὁμοιοτέλευτον.

Ἐπίζευξις, *ſiue Subiunctio.*

1. *Unam ſi gemines vocem Subiunctio fiet:*

Ðe lädi ſad tu sï hiz för konſtraint,
F. Q. l. 1. c. 1. Krj'd out, Nou nou ſir Knj ħt sheu what yü bï.

F. Q. l. 2. c. 6. Horöu nou out and wel awai hï krj'd,
Pirökles, ô Pirökles! what iz ðï bitj'd

Jburn,

Jburn,Jburn,J burn, hï krj'd aloud,
O hou J bürn with impläkabl fjer?

Repetitio, Αναφορὰ, siue Επαναφορὰ.

2. *Sæpus appositum capiti Repetitio verbum est.*
Sum fëring shrïkt,sum bïing harmed houl'd F.Q.l.4.c.3.
Sum laušt for sport,sum did for wunder shout
And sum ðat wüld sïm wjz ðeir wunder turnd tu
[dout.

Conuersio Αντιστροφὴ alijs Επιστροφὴ.

3. *Pluria membra sono Conuersio claudit eodem.*
For truth iz õn,and rjšt iz ever õn. F.Q.l.5.c.2.

Et quamuis poesis Anglica in sonos similes exeat, non voces easdem: accipe tamen, ex Harringrono lepidissimo nostro Martiali legitimum Conuersionis exemplum. Epigrammatum.*Lib.3.*

Konserning wjvz hõuld ðis a sertain rvl, *Epigr. 33.*
Ðat if at first yü let ðem häv ðe rvl,
Yür self at last with ðem shal hav no rvl,
Eksept yü let ðem ever-mör tu rvl.

Επανάληψις

4. *Incipit, & finit, Verbo Epanalepsis eodem:* *Mancinellus.*
Bõuld waz hiz chälenʒ, äz himself waz bõuld. F.Q.l.4.c.2.
Shäm bï hiz wurði mïd ðat mëneth shäm. *Ibidem c.6.*

Et nisi displiceat audi etiam epilogũ crassissimâ cute poetæ.

For yür päsiens wi thank yï;
Wï hav no mör tu sai, wï.

Αναδίπλωσις, Reduplicatio

5. *Est Anadiplosis quoties ex fine prioris*
Membri, principium sit dictio prima sequentis.
Exemplum sit vtriusque figuræ.
O tu dier luv! luv bõušt with dëth tu dier. F.Q.lib.2.c.2.
Ðei for ðe luv of him wüld algat dj. F.Q.l.3.c.4.

Dj whü ſo liſt for him, hï waz luvz enemj,
Ibidem c.2. But of âl wizdum bï ðou prezident,
Of ſoverain Quïn! whüz praiz J wüld endjt,
Endjt J wvld az dvti duth eksjt, &c.

ſed longe pulcherrimum exemplum eſt illud nobiliſsimi Dieri.

J lük for no relïf, relïf wüld kum tü lät,
Tü lät J fjnd, J fjnd tü wel, tü wel ſtüd mjn eſtät.

Porro frequens Anadiploſis, ſi rerum etiam incrementum accedat κλίμαξ *dicitur, ſiue Gradatio.*

6. Crebra Anadiploſis rerum eſt cum pondere κλίμαξ.

F.Q.l.4.c.3. ———— Doun on ðe bludi plain
Her-ſelf shï thrv, and tërz gan shed amain,
Amongſt her tërz immixing praiers mïk,
And with her praierz, rëzn z tu reſtrain
From bludi ſtrjf ————

Habes etiam apud Sidneium Anacreonta noſtrum exemplum, Arcadiæ, l.3.c.1.

———— Rëzn tu mi paſsion ïlded,,
Paſsion untu mi räʒ, räʒ tu a haſti revenʒ.

Neglecta tamen Anadiploſi frequens eſt Gradatio; quam tamen alij αὔξησιν *malunt, aut Incrementum nominari. Arcad. lib.1.cap.2.* At length from hiz ſilent melankoli, hï grv kontent tu mark ðeir wit, æfter tu ljk ðeir kumpanj, and laſtli tu vouchsäf konferens.

F.Q.l.1.c.4. Of grjzli Pluto shï ðe dauhter waz,
And ſad Proſerpina ðe quïn of hel:
Yet shï did think her pïerles wurth tu pas
Ðat parentaʒ, with prjd shï ſo did ſwel:
And thundring ʒöv ðat hjh in hevn duth dwel,
And wïld ðe world shï klaimed for her ſjr;

Or

Or if ðat ani els did ȝōv eksel;
For tu ðë hjest shï did stil aspjr;
Or if öuħt hjer wër ðen ðat, did it dëzjr.

Complexio συμπλοκή.

7. *Dat caput, atq; pedes similes Complexio mēbris.*

Hæc figura etiam apud poetas rara est, quia ad rythmum non easdem (vt supra dixi) sed similes sonos adhibent. Accipe tamen è Spensero. F.Q.l.1.c. 8.

Hï ȝentlj ask't, whër âl ðe pïpl bï,
Which in ðat stätli bïlding wunt tu dwel?
Whü answerëd him ful soft, Hï küld not tel.
Hï ask't again, whër ðat säm Knjħt waz laid,
Whōm grēt Orgolio with pvisans fel
Had mäd hiz kaitiv thral? again hï said,
Hï küld not tel. Hï asked ðen, which wai
Hï in miħt pas? Ignäro küld not tel.

Sæpe fit, vt prius dictum per ἐξήγησιν *resumatur, aut etiam* ἐπεξήγησιν. *Hæc figura* Ενάργεια *dicitur & Interpretatio siue Expositio.*

8. *Explicat obscuramque resumit* Ενάργεια *vocem.*

At last ðe painim chaunst tu kast hiz ei, F.Q.l.1.c.5.
Hiz sudain ei, upon hiz broðers shïld.

Hiz dïerest Lädi dëd with fër hï found. F.Q. lib.1.c.2.
Her sïming dëd hï found, with fained fër.

But hï her supliant handz, döz handz of göld; F.Q.l.5.c.2.
And ïk her fit, döz fit of silver trj
Which söuht unrjħteusnes, and ȝustis söld
Chopt of, and naild on hjħ, ðat âl mjħt ðem bihöld.

Copulatio, siue Duplicatio.

9. *Dissimili sensu dictum, Copulatio fertur.*

Suït Lädi, yü must swët, or elz (J swër it) Haringt.

Wï shal âl ſwët for it, if yü forbër it.

ſwët *priori loco ſignificat ſudare, idque ſenſu proprio; poſteriori metaphoricè ſignificat labores aut moleſtias pati, quas perferunt ſudantes. & lib.2.epigr.96.*

Tu präiz mj wjf yür dauĥter (ſo J gader)
Yür men ſai shï reſembleth möſt hir faðer.
And J no les tu praiz yür ſun hir bruðer,
Affirm ðat hï iz tü much ljk hiz muðer.
J knöu not if wï ʒuʒ arjĥt or er,
But let him bï ljk yü, ſo J ljk her.

Ἀντανάκλασις.

10. *Una ſono, eſt, ſenſu diſpar, vox, Antanaclaſis.*

Haringt. Lib.2.epigr.99 Markus në'r ſëſt tu venter âl on prjm,
Til of hiz aʒ qujt wäſted waz ðe prjm.

Ibid. epigr. 81. J kâld ðï öns mj dïereſt Mal in vers.
Which ðus J kan interpret if J wil,
Mj dïereſt Mal, ðat iz mj koſtlieſt il.

Mal *priori loco fictitium eſt pro Mariâ, altero Gallicum mutuatum á malo. Hæ duæ figuræ epigrammatum ſcriptoribus vt frequentes ſunt, ita aliquando implicitæ, nempe cum vnico vocabulo ſenſus vterque intelligitur. hanc copulationem habes. lib.1. Epigr.50.*

Lädiz yü bläm'd mj verſez of skuriliti,
Whjl with ðe dubl ſens yü wër dëſëved
Nou yü konfes ðem frï from inſiviliti;
Täk hïd henſ-forth yü bï not miskonſëved.

miskonſëved, *aut animo ſenſum falſum, aut vtero partum ſpurium concipere ſignificat. Huiuſmodi Antanaclaſis eſt Iohannis Dauiſij Heref.*

Mœcho, for häſt, waz maried in ðe njĥt;
What nïded däi? hiz fäir yung Brjd waz ljĥt.

11. Per

10. *Per varios casus, varia aut discrimina vocũ.*
Esto Polyptoton, dicta aut Traductio bella est.

Hæc figura in variis tantùm casibus est polyptoton: proinde multò meliùs apud Marcum Tullium, Cornificium, seu quemuis alium, Traductio dicitur. quia hic ornatus non in casibus solùm spectatur, sed & in omni orationis parte ab eodem themate deriuatâ. *In varias enim sententias abiêre docti de libro illo ad Herennium.*

And häving pläs't mj thouħts, mj thouħts ðus pläsed *Arcadia l.4.c.9*
Mï thouħt, nai svr J waz, J waz in fäirest Wud (mï,
Of Samothéa land, a land ðat whjlum stüd
An onor tu ðe world, whjl onor waz ðeir end.

And ïk ðe Red-kros Knjħt gav her gud aid *F.Q.l.3.c.1.*
Ai zoining füt tu füt, and sjd tu sjd.
————Nou mai yï âl sï plain, *Ibidem.*
Ðat trvth iz strong, and trv luv möst of mjħt,
Ðat for hiz trusti servants duth so strongli fjħt.

Agnominatio, Παρονομασία, Παρήχησις, Παρηχία, *siue Adsonantia.*

11. *Adsonat in simili lusura* Παρηχία *voce.*
So wel shï washt ðem, and so wel shï wacht him. *F.Q.l.6.c.3.*
Fj but a man's disgräst, nöted a novis. *Lib.2.epigr.17*
Yë but a man's mör gräs't nöted of no vjs.
Ðe mïd of ðem ðat luv, and du not liv amis.

12. *Verborum similis sit finis* Ὁμοιοτέλευτον. *Desp.*
hoc fere tota poesis nostra ornata est, adeo vt exemplis non sit opus.

Cap. XXII.

De figuris Sententiæ.

Figuræ quæ in voce, tales fuerunt: sequuntur illæ quæ sunt sententiæ. In sententiâ habetur ratio ordinis vocum, & sensus. Ordo aut vnus est & continuus in 1. *Hirmo: aut obscurus in* 2. *Synchesi: aut turbatus in* 3. *Hyperbato; &* 4. *Parenthesi. Sensus porro aut incitatus est; vbi* 5. *Exclamatio, & Epiphonema; aut emendatus in* 6. *Epanorthosi: aut explicatus, in* 7. *Antitheto,* 8. *Inuersione,* 9. *Subiectione, &* 10. *Epanodo: aut contractus, in* 11. *Congerie.*

Hirmos siue Συρμός.

1. *Sermonis series vna & prælonga sit Hirmos.*

F.Q.l.1.c.3. I mj frail eiz ðëz ljnz with tërz du stïp,
Tu think hou shï, thruħ gjlful handling,
Đoħ trv az tuch, ðoħ dauħter of a King,
Đoħ fäir az ever liuing wjħt waz fair,
Đoħ not in word nor dïd il meriting,
Iz from her Knjħr divorsed in dispair, &c.

F.Q.l.4.c.10. Fresh shadöuz, fit tu shroud from suni rai;
Fair laundz, tu täk ðe sun in sëzn dv;
Swït springz, in wich a thouzand nimfs did plai;
Soft rumbling brüks, ðat ȝentl slumber drv;
Hjh rëred mounts, ðe landz about tu vv;
Lőu lüking dälz, disloin'd from komon gäz;
Deljtful bourz, tu solas luvers trv;
Fair laberinths, fond runerz eiz tu däz:

Æl which bj nätvr mäd, did nätvr self amäz
And âl without, &c.

Σύγχυσις.

2. *Confundit voces, & sensum Synchesis omnem.*

Ðjn ô (ðen said ðe gentl Redkros Knjht) F. Q. l. 1. c. 9.
Next tu ðat Lädjz luv shäl bï ðe pläs,
O fairest virgin ful of hevnli ljht.

Quæ si in ordinē redigas sic habebunt. Ðen said ðe Redkros Knjht, O fairest virgin ful of hëvnlj ljht, ðe next pläs tu ðat Lädiz luv shal bï ðjn. *Vbi etiā* ὑπαλλαγὴ *est, sensus enim sic se dat.* Ðe next pläs tu ðj luv shal bï ðat Lädïz, *id enim postulat diuina lex, vt primò sacrosanctam veritatem diligamus, secundo loco principes honoremus.*

Grët thanks and gudli mïd tu ðat gud Sjr, Ibidem c. 10.
Hï ðens departing, gäv for hiz painz hjr.

Hoc est, hï departing ðens, gäv tu ðat gud Sjr, grët thanks, ðe gudli mïd, and hjr for his painz.

ὑπέρβατον *Transgressio.*

3. *Vocum turbatus formabit Hyperbaton ordo.* Mancinellus.

huic quasi duci militare videntur ἀναστροφὴ, *siue Reuersio;* ὑστερολογία, ὕστερον πρότερον, *in quibus ita exiguum discessere argutatores logonomi, vt non verear confundere. Exempla passim occurrunt, vt F. Q. l. 1. c. 5.*

Whj fërest ðou, ðat kanst not höp for thing,
And fërest not ðat mör ðï hurten mjht? *id est,*
Whj fërest ðou ðe thing ðat ðou kanst not höp for;
And fërest not ðat, which mjht hurt ðï mör?

Whü sï yür vanquisht föz bifőr yü lj. *id est,*
Whü sï yür föz lj vanquisht befőr yü.

His cognata est Ὑπαλλαγή, *Submutatio, siue Subalternatio.*
Si rerum sensus commutes ordine verso:
Fiet Hypallaga, nobis submutatio dicta est.

F.Q.l.3.c.4. Đe god did graunt hiz dauħters dier demaund:
pro, demaund of hiz dier dauħter.

F.Q.l.5.c.3. And nou ðei dü with kaptiv bands him bjnd.

Παρένθεσις, *Interpositio,* Διάλυσις, *siue Dissolutio.*

4. *Sermoni interiectus sermo, Parenthesis extat.*

F.Q.l.2.c.10. Donwallo dj'd (for what mai liv for äi?)
And left tü sunz of pierles proues both.

Ἐκφώνησις, *Exclamatio.*

5. *Indicat ingentes animi Exclamatio motus.*

F.Q.l.1.c.2. ——Mersi, mersi (Sir) voutsäf tu sheu
On sili däm subʒekt tu hard mischans.
—Flj, ah flj far hens awai for fër.

Sp.Æglog.11. O trustles stät of ërthlj thingz, and sliper höp
Of mortâl men ðat swink and swët for nouħt!

Huic affine est Ἐπιφώνημα, *siue Acclamatio, vt sequitur ibidē.*
Unwjz and witles men tu wit what's gud or il.
Wï dïm of dëth az düm of il dezert:
But knv wï öns what gud it bringz us til,
Dj wüld wï dailj, öns it tu expert.

F.Q.l.1.c.10. Đis said, adoun hï lüked tu ðe ground
Tü häv return'd; but däzed wër hiz ein
Throuħ pasing brjħtnes which did qujt konfound
Hiz fibl sens, and tü eksïding shjn. (vjn.
So dark är thingz on ërth kompär'd tu thingz di-

Ἐπανόρθωσις, *aut Correctio,* Μετάνοια, *Reprehensio,* Ἀφορισμός, *&* Παραδιαστολή, *id est, disiunctio siue determinatio.*

6. *Dicta Epanorthôsis negat, et magis apta reponit.*

Let dirz bï sung, and trentalz rïħtli red;
For luv iz ded, &c.
Alas J lj, räz hath ðis error bred;
luv iz not ded.
Luv iz not dëd but slïpeth, &c
So waz hï overkum, not overkum, *F.Q.l.5.c.5.*
But tu her yïlded of hiz ŏun akörd.
J wreched wuman, nou yür kaitiv thrâl *F.Q.l.1.c.2.*
Waz, ô what availeth what J waz?
Born ðe söl dauħter of an Emperour.

Αντίθεσις, Αντίθετα, Εναντίωσις, *Contrarium, Contentio.*

7. *Antitheton fiet quoties contraria nectis.* *Desp.*
Hensfürth in säf asvrans yï mai rest, *F.Q.l.1.c.2.*
Having both 1 found a 2 nv 3 frind tu yür 4 aid,
And 1 lost an 2 öld 3 fö ðat did yü 4 molest.
At öns hï wardz and strjks, hï täks and päiz, *F.Q.lib.2.c.3.*
Nŏu först tu yïld, nou försing tu inväd,
Bifŏr, bihjnd, and round about him läiz;
So dubl waz hiz painz, so dubl bï hiz präiz.

Αντιμεταβολή, *Commutatio, nobis Inversio.*

8. *Verba inuersa dabit, versosque, Inuersio sensus.*
Hï fljing stil did ward, and warding flj awai. *Fa.Qu. lib.2. can.12.*
It sïmd ðe wävz wër intu ivorj,
Or ivorj intu ðe wävz waz sent. *Ibidem.*
Withâl shï lauħed and shï blusht withâl:
Ðat blushing tu her lauħter gäv mör gräs,
And lauħing tu her blushing. ———

Subiectio.

9. *Quum respondemus nobis subiectio fiet.*

Fa. Qu. lib.2. can.8. And iz ðer kär in hëvn? and iz ðer luv
In hëvnlj spirits tu ðëz krëtvrz bäs,
Ðat mai kompasion of ðeir ïvlz müv?
Ðër iz, elz much mőr wreched, &c.

F.Q.l.3.c.5. But if tu luv disloialtj it bï,
Shal J ðen hät her ðat from dëthez dőr
Mï brouht? ah far bï such reprőch from mï,
What kan J les dü ðen her luv ðërfőr.

F.Q.l.4.c.1. Diskurteus, disloiâl Britomart,
What venzans dv kan equal ðj dezart,
Ðat hast with shämful spot of sinful lust,
Defjld ðe plez komited tu ðj trust?
Let uglj shäm and endles infamj
Kuler ðj näm with foul reprőchez rust.

Huc spectat Ἀνακοίνωσις, *& omnes illæ sermocinationes, quæ per inquam, & inquit explicari possunt.*

Epigr.20.l.3. Whër dwelz Mr. Kärles? zësterz hav no dweling.
Whër ljz hi? in hiz tung bj mőst menz teling.
Whër bőrdz hi? ðër whër fësts är found bj sme-
Whër bjts hi? âl behjnd, gainst âl men yeling. (ling

Ἐπάνοδος *Regressio.*

10. *Quum semel in toto totum proponis, & inde,*
Diuidis in partes; Regressio dicitur esse.

F.Q.l.1.c.10. Of ðöz hï chőz out tü, ðe fâlsest tü,
And fitest for tu forz trv-sïming ljz:
Ðe ôn of ðem hï gäv a mesaz tu;
Ðe oðer bj himself staid oðer wurk tu dü.

F.Q.l.2.c.12. ——— Æl ðat plësing iz tu living ër.
Waz ðër konsorted in őn harmonï.
Burdz, voisez, instrvments, wäters, wjndz, âl agrï.
Ðe zoius burdz shrouded in chërful shäd

Ðe

Đeir nöts untu ðe vois attempred swït:
Đ'anzëlikal soft trembling voisez mäd
Tu ð'instrvments divjn respondens mït:
Đe silver-sounding instrvments did mït
With ðe bäz murmur of ðe wäterz fâl:
Đe wäterz fâl with diferens diskrït
Nou soft, nou loud, untu ðe wjnd did kâl.
Đe zentl warbling wjnd lõu answered untu âl.

Huic quodammodo contraria est Congeries, Coacervatio, Συνθροισμὸς, Ἐπιτροχασμὸς.

11. *Vnam Congeries in summam sparsa reducit.*

Rapsodia poetica in carmine cui titulus Dëdlj swïtnes.

Swït thöuħts, ðe füd on which J fïding starv;
Swït tërz, ðe drink ðat mõr augment mj thirst;
Swït eiz, ðe starz bj which mj kours duth swarv;
Swït höp, mj dëth which wast mj ljf at first;
Swït thöuħts, swït tërz, swït höp, swït eiz,
Hou chânst ðat dëth in swïtnes ljz?

Ibidem titulo. Brëk hëvi hart.

Mjn eiz, no eiz, but fountainz of mj tërz:
Mj tërz, no tërz, but fludz tu moist mj hart:
Mj hart, no hart, but harbour of mj fërz:
Mj fërz, no fërz, but filing of mj smart.
Mj smart, mj fërz, mj hart, mj tërz, mjn eiz
Ar bljnd, drj'd, spent, past, wästed with mj krjz.
And yit mjn eiz ðoħ bljnd, sï kauz of grïf:
And yit mj tërz, doħ drj'd, run doun amäin:
And yit mj hart, ðoħ spent, atendz relïf:
And yit mj fërz, ðoħ past, inkrës mj päin:
And yit J liv, and living fil mõr smart:
And smarting, krj in vain, Brëk hëvi hart.

Vbi præter Congeriem, habes continuã Anaforam, Epanorthosin, Anadiplosin, Asyndeton, Zeugma, & secũdo loco regreßionem, omnes illustres figuras. Sed ne nimio suffitu nasus tuus petulanter lasciuiat, alligabo cingulo etiam Αἰγὸς πώγωνα, *quem* κακοσύνθετον, κακόζηλον, κακόφατον, *siue* κακέμφατον, *appellant, qui tamen quia lingua nostra mascula est, & asperitate non inconcinnâ (attamen rarenter, vt & aliȷs figuris modeste) delectatur: hoc maximum vitium habet; quod nimium scriptoris otium, &* κακοζηλίαν *redarguat. Exemplum habes Æglogâ 10.*

And when ðe stuborn strök of stronger stound
Hath sumwhat slakt ðe tenor of ðj string.


Illa etiam Tusseri (nisi verum auctoris nomen obliuio abstulerit) in hoc sunt nigro.

Täk thankfulj thingz, thanking tenderlj ðöz,
Đat tëch ðj thriftilj ðj tjm tu tanspöz.

Quæ ex antiquâ scriptionis formâ, omnia inceperunt à t, idque elegantiùs quàm,

Plaudite procelli porcorum pigra propago.

aut vllus versus Macaronicus Merlini Coccaij.



Cap. XXIII.

Exocha.

Monitio ad lectorem.

DVm conchas margaritiferas expiscor ad orationis ornatũ, in murices & aspera loca incidi, vnde vix tandem enatauit oratio. Asperitatis causæ plures, vna in methodo quam scriptores variam sequuntur: altera in nominibus quæ pro suo quisque libitu figuris imponit; quorum alicubi tanta multiplicitas, vt rem per se apertam ob-

obſcuriorem reddiderit: tertia, quod nonnullas figuras ſcriptores diſtrahunt, quæ ſuâ naturâ confuſæ ſunt. His accedunt aliæ, quod obſcuras quaſdam & vulgatas Syntaxeos formulas in ſchemata referunt: quod figuras ad ſermonem tantùm exornandum comparatas, ad opes rhetoricas detulerunt. In quibus omnibus ſic ego à logonomis aliquoties diſſentio; vt alios etiam á me diſſentire velim, hoc eſt, ad clariorẽ rei explicationem. Satis habet excuſationis hoc quod dixi, ſi nonnullas fortè videris deeſſe figuras quas alij adnumerant: apud me enim aut nullæ ſunt; aut indignæ quæ in cenſum irrepſerint; aut quæ ad has cogi poſſunt; aut quæ in alium gregem compelli debent. In exemplis quæ adduxi, breuitatis ſtudium culpam à me, & queremoniam deprecabitur, ſi dum nuda figurarum exempla propono reciſis circumſtantiis, orationis flos ferè totus euanuit. Neque enim apud noſtros poetas admodum raræ ſunt figuræ, aut ſolæ veniunt; addo etiam plures eſſe quàm quas Latini numerant: quas tamen ambitioſè non venor, ne ſermo hactenus obſcurus, & nihili habitus, pro laude inuidiam contrahat, ſi cum famoſis illis linguis & in pretio collocatis, de palmâ eloquentiæ decertaret. Sunt tamen nonnullæ figuræ, quas nec debeo nec poſſum ſilentio inuoluere, quæ non vnam tantùm ſententiam exornant, ſed in longâ orationis ſerie continuæ ſunt in iis, apud Latinos, ſola eſt & illuſtriſſima Epimone. cuius exemplum eſt.

So doun hï fel, and fürth hiz ljf did brëth, F.Q.l.1.c.12.
Ðat vanisht intu ſmõk, and kloudez ſwift:
So doun hï fel, ðat ð'erth him undernëth
Did grõn, az fïbl ſo grët lõd tu lift:
So doun hï fel, az a hvʒ roki klift,
Whüz fâls foundäſion wävz hav washt awai,
And rôuling doun grët Neptvn duth diſmai:
So doun hï fel, and ljk a hëped mountain lai.

Unthankful wrech (ſaid hï) iz ðis ðe mïd F.Q.l.3.c.5.
With which her ſoverain merſi ðou duſt quj?
Ðj ljf shï ſäved bj her gräſius dïd:
But ðou duſt mën with vilenus diſpjt
Tu blot her onor, and her hëvnli ljħt.
Dj, raðer dj, ðen ſo diſloialj
Dïm of her hjħ dezert, or sïm ſo ljħt,

Fäir dêth it iz tu shun mõr shäm, ðen dj,
Dj, raðer dj, ðen ever luv disloialj.
But if tu luv disloialtj it bi,
Shal J ðen hät her from dêthez dõr
Mï brouħt? ah far bï such repröch from mï.
What kan J les du ðen her luv ðerfõr,
Sith J her dv reward kannot restõr?
Dj, räðer dj, and djing du her serv,
Djing her serv, and living her adõr.
Ðj ljf shï gäv, ðj ljf shï duth dezerv.
Dj, räðer dj, ðen ever from her servis swerv.

Et ne semper Sidneios loquamur & Spenseros, audi epilogum fabulæ quam docuit Boreali dialecto poeta, titulumq; fecit, Reus Machiavellus.

Mächil iz hanged,
And brened iz hiz bvks.
Ðoħ Mächil iz hanged,
Yit hï iz not wranged.
Ðe dïl haz'im fanged
In hiz krvked klvks.
Mächil iz hanged,
Anb brened iz hiz bvks.

Ea est Epimone, sequuntur aliæ, quas ego communi nomine Ἐξοχὰ *appello, si tibi suis quasq; nominibus insignire placebit, ego tibi debebo. Vna est quum animus auditoris aut lectoris, dubius, & pendens detinetur; cui tandem rei, aut personæ, illa quæ dicuntur adhærebunt, vt F. Q. l. 2. c. 10.*

Ðen up aröz a man of machles mjħt,
And wundrus wit tu manaʒ grët afäirz.
Whü stird with piti of ðe strefed pljħt
Of ðis sad rëlm, &c. *tandem post versus 24. sequitur.*

Don-

Donwalo dj'd, *vnde demum intelligitur, quis fuerit tantorum facinorum auctor.*

Under ðat pörch a kumli däm did reſt, F.Q.l.2.c.12.
Klad in fäir wïdz. *poſt verſus* 17. *ſequitur.*
Whërat Eksces eksidinglj waz wrŏth.

Hæc figura ſiue ſynchesin dicas, ſiue Hyperbaton; illuſtris ſanè eſt: ſed quia ad affectum auditoris magis valet, quàm ad ſermonis ornatum; ad aliud forum reijcietur. Quæ ſequuntur omnes in orationis ornatu totæ ſunt.

F.Q.l.2.c.6.

No trï, whüz branchez did not brävli ſpring;
No branch, wheron a fjn burd did not ſit;
No burd, but did hir shril nöt ſwïtlj ſing;
No ſong, but did kontain a luvlj dit,
Trïz, branchez, burdz, and ſongz, wër främed fit
For tu alvr frail mjndz tu kärles ëz:
Kärles ðe man ſün wox, and hiz wëk wit
Waz overkum of thing ðat did him plëz.
So plëzed, did hiz wrathful küraȝ fair apëz.

Quantus hic artifex? quæ periodus? quot figuræ? Anafora, traductio, & quam alij habent ἰσόκωλον, χέσις, *Anadiplosis, Aſyndeton, Congeries, Gradatio, vt minutas diſſimulem. Annon vniuerſam ferme Talei Rhetoricam unâ* σκιαγραφίᾳ *complexus eſt? audi tamen illuſtriorem.*

———————môſt wreched man F.Q.l.2.c.4.
Đat tu affekſionz duz ðe brjdl lend:
In ðeir beginning ðei ar wëk, and wan,
But ſün throuȝ ſufferans, gröu tu fërful end:
Whjlz ðei ar wëk, bitjmz with ðem kontend;
For when ðei öns tu perfekt ſtrength du gröu,
Strong warz ðei mäk, and krvel batri bend

Gainſt fort of Rëzn it tu overthröu.
Wrath, ʒelosi, grïf, luv, ðis ſqujr hav laid ðus löu,
Wrath, ʒelosi, grïf, luv, du ðus expel.
Wrath iz a fjr, and ʒelosi a wïd;
Grïf iz a flud, and luv a monſter fel:
Ðe fjr of ſparks, ðe wïd of litl sïd;
Ðe flud of drops, ðe monſter filth did brïd:
But ſparks, sïd, drops, and filth, du ðus delai:
Ðe ſparks ſün quench, ðe ſpringing sïd outwïd,
Ðe drops drj up, and filth wjp klën awai,
So shal wrath, ʒelosi, grïf, luv, dj and dekai.

Aliam habes huic diſsimilem nec minus elegantem.

F: Q: l. 4. c. 2. Among ðëz knjħts ðër wër thrï breðern böuld,
Thrï böulder breðern never wer iborn;
Born of ön muðer in ön hapi möuld,
Born at ön burðen in ön hapi morn;
Thrjz hapi muðer, & thrjs hapi morn,
Ðat bör thrï ſuch, thrï ſuch not tu bï fond.
Her näm waz Agape, whüz children wërn
Æl thrï az ön; ðe firſt hjħt Prjamond,
Ðe ſekond Djamond, ðe yungeſt Trjamond.
Stout Prjamond, but not ſo ſtrong tu ſtrjk;
Strong Djamond, but not ſo ſtout a knjħt;
But Trjamond, waz ſtout and ſtrong aljk.
On horſ-bak vzed Trjamond tu fjħt,
And Prjamond on füt had mör deljt;
But hors, and füt knv Djamond tu wïld.
With kurtax vzed Djamond tu ſmjt;
And Trjamond tu handl ſpër and shïld;
But ſpër and kurtax both, vz'd Prjamond in fïld.


Iam fateris ad ſermonis ornatum nihil à noſtris prætermiſſum. Neque enim ſolus eſt in hoc genere Homerus noſter; exiguũ dixi, Spen-

ſerus

ſerus noſter : nam & ſermonis cultu accuratior eſt ; & ſententiis vt crebrior, ita grauior ; & inuentionis varietate locupletior : & materiæ cognitione multò vtilior ; vtpote qui morales virtutes, ſecundum omnes ſuas circumſtantias, aptiſſimè & copioſiſſimè, iucundiſſimis figmentis poeticis deſcripſit. Quòd autem Homerus (vt etiam Æſchylus aliique vetuſtiores poetæ) deos adeo cicures habuerit ; quòdque tot in ſuis indecora dormitarit, vt & eius exemplo Virgilius ; aut rudi adhuc poeſi condonandum eſt ; aut ipſis etiam hominibus imputandum: qui aut omnia ſibi licere arbitrabantur, aut lectores non ſatis attentos & perſpicaces ſperabant, aut ipſi ſaltem, Decori non ſatis idonei iudices & præceptores fuerunt. Sed non eſt (inquam) ſolus in hoc ſtudij genere Spencerus, inuenies enim & apud alios permulta huiuſmodi ; ſed ego honoris causâ vnum tantùm Sidneium cito.

Đe fjr tu sï mï wrong'd for anger burneth, *Arcadiæ l.3.c.15.*
Đe äier in tërz for mjn afflikſion wïpeth,
Đe ſë for grïf tu eb hiz flöuing turneth,
Đe ërth with piti dul her ſenter kïpeth,
Fäm iz with wunder bläzed,
Tjm flïz awai for ſorőu,
Pläs ſtandeth ſtil amäzed,
Tu sï mj njht of ïvlz which hath no morőu.
Alas âl onlj shï no piti täketh
Tu knőu mj mizerjz, but chäſt and krvel
Mj fâl hir glőri mäketh:
Yit ſtil his eiz giv tu mj flämz ðeir fvel.
Fjr, burn mï qujt til ſens of burning lëv mï:
Aier, let mï drâ ðis breth no mör in anguish:
Së, droun'd in ðï of vital breth birëv mï:
erth, täk ðis ërth whërin mj ſpirits languish:
Fäm, ſai J waz not born:
Tjm, haſt mj djing ouer:
Pläs, sï mj gräv up-torn:
Fjr, äier, ſë, ërth, fäm, tjm, pläs, sheu yür pour.
Alas from âl ðeir helps am J exjled,
For herz am J, and dëth fërz hir diſplëzvr;

Fj dëth, ðou art bigjled,
Ðoh Jbï herz, shï sets bj mï no trëzvr.



Cap. XXIIII.

De syntaxi poeticâ.

AD varios vsus ex omni materiâ fiunt vasa: at gemma quæque non nisi in auro elaboratißimo ostenditur. Sic ad omnia animi sensa depromenda accommodatus est sermo: at in carmine, vbi nihil audiendum est, nisi quod rarum, tersum, politum, delicatum, nouum, & à vulgi captu & opinione remotum, laudandus sermo non est, nisi purus, viuus, & concinnus. Duo igitur sunt quæ præter materiam, syntaxin poeticam à solutâ disterminant: Ornatus, & numerus. Ornatus ille est quem dixi schematisticus, in solutâ oratione rarior, omnino nullus in illis quæ dixi τέχνας: in poeticâ frequentior, sed tum denique gratus, quum ita necessarius, vt res videatur aliter exprimi nec posse, nec debere. Hîc autem à scripturientibus aliquibus plurimùm peccatur, qui in orationis cultu ita lasciuiunt, ac si in theatrum scortum aliquod sumptuosum darent, non virginem pudicam in nuptias. De numero poetico itum est in diuersa; siue ille rythmicus esse debet, siue temporarius: litem posthac vt potero dirimam. Numerus autem quicunque sit, ille mollißimè labi videtur, qui in purâ oratione à vulgatâ syntaxi quàm minimùm distat.

Exemplum.

It iz ðe mjnd ðat mäketh gud, or il;
Ðat mäketh wrech, or hapi, rich or pör.

For

For ōn ðat hath abundans at hiz wil,
Hath not inuħ;but wants in grëteſt ſtōr:
Anoðer ðat hath litl,sïks no mör,
But in ðat litl iz both rich and wjz:
For wizdum iz möſt richez.———&c.

Sed quia numerus poeticus, & ordo ſyntaxeos non ſemper cōueniunt; & poetæ neceſſariò obſeruandus eſt vterq; numerus; & rythmi causâ frequentior eſt in tropis, & temporis in hyperbato; aliquando etiam ad ſynchesin cogitur.

———Shï fäirlj him biſöuħt-
Himſelf tu chërish,and konſvming thöuħt
Tu put awai out of hiz kärful breſt.

In omni carminis genere rythmico neceſſe eſt vt vltima verſus ſyllaba naturâ ſuâ acuti toni capax ſit, ſi rythmus ſit maſculus; id eſt, ſi verſus ſit acatelecticus: ſi hypercatalecticus in penultimâ, nam ſyllaba vltima hîc eſt hypermetra. In hoc autem carmine trimetro catalectico, ſunt enim omnes verſus vltimo cuiuſque ſtanza excepto decaſyllabi, neceſſe eſt vt in vltimâ primi metri, aut initio ſequentis, hoc eſt in quartâ, aut ſextâ ſyllabâ gradus ſit; qui quidem ſiſti nequit, niſi in ſyllabâ quæ accentum acutum recipiat: hoc autem in vulgatâ ſyntaxi non ſit, quæ ſic eſt.

————Shï fäir biſöuħt him
Tu cherish himſelf, and tu put awai
Konſvming thöuħt out of hiz kärful breſt.

Atque ideo vocum metatheſi ſiue hyperbato opus fuit ad legitimum tempus, & rythmi gratiâ, metonymiâ cōtinentis breſt, *pro contento* hart. *Eſt autem vocum quædam tranſpoſitio, quam ita facilè feret lingua Anglica, vt nihil à communi Syntaxi differre iudicetur. Sin autem gra-*

dus

dus hic vt dixi non obseruetur; si sæpius fiat, poetæ vitium est: si rariùs, vt reliqua concinniora videantur, ita locum habet vt cacemfaton. Exemplum est ibidem.


In ashez and sakkloth hï did aräi
Hiz dainti körs———&c. *pro* sákkloth.

Atque hæc est syntaxis quam dixi poeticam.



Prosodia.

Est quarta Logonomiæ pars, de Accentu, & Metro. Prosodiam literarum in Grammaticâ docuimus: sequitur porro ille Accentus qui est vocum singularum, & orationis, ad quam accommodantur interpunctiones.



Cap. XXV.

De Accentu.

V*Ocum prosodia vsu potiùs quàm regulis percipitur: ea tota in accentu est. Accentus est duplex, Grammaticus, & Rhetoricus. Grammaticus est qua vocalis vna, aut diphthongus, in omni dictione affecta est. Rhetoricus, qui ad sensum animo altiùs infigendum, emfasin in vnâ voce habet potiùs quàm aliâ. Monosyllaba omnia per se accepta accentum acutum habere intelliguntur: at composita, nunc in priori tonum habent; vt,* hórsman, shíphük, *nunc in posteriori: vt* withstánd, withdráu, himsélf. *Quædam ita facilia sunt, vt accentum vtrobiuis recipiant, vt* church-yard, outrun, outräȝ.

Dissyllaba quà oxytona sunt, bilív, asúr, aswáȝ, enfórs,

enfórs,konstráin:*quà paroxytona,vt* píti,kúler,fólöu.

*Trissyllaba quædam paroxytona sunt; vt,*regráter bilúved,akquáinted:*quædam propaxorytona;vt,* mízeri, désteni:*quædam indifferentia; vt,*förgöing,förstâler.

Animaduertendum autem nos tanto impetu in nonnullis vocibus accentum retrahere,vt nulla syllabarum longitudo,naturâ aut positione facta contraueniat:idque non in nostris tantùm fórester,kárpenter *: sed etiam in illis quæ doctuli à Latinis asciuerunt: vt,*aúditor, kompétitor, kónstansi,réȝister,témperans,ínstrvment, múltitvd. *Hîc autem duplici cautelâ opus : primâ, vt illa excipias quæ ad nos integra transierunt; quibus eâ humanitate vtimur quâ peregrinis, qui suo iure & more viuunt, vt* Amintas, Erinnis, Baricado. *Secundò excipias illa à Latinus in io, quæ quanquam in nostrum ius concesserunt, proprium tamen accentum retinent in antepenultimâ; vt* opínion,satisfáksion, *& alia sic exeuntia* mínion, fránion,&c.

Plurisyllaba etiam(quod in alijs quas scio linguis non fit)accentum sæpius in quartâ recipiunt, vt ôkvpjer, víȝilansi,líteratvr:*& omnia fere illa quæ in* munger *exeunt aut* abl:*vt*, kósterdmunger, íernmunger, márchantabl,máriȝabl,mízerabl,ónorabl.*mirū dixeris si tonum in quinta repereris,tamen sic lege* múltipliabl,vítrifiabl,Kónstantinopl,*& alia fortasse plura.*

Duo sunt quæ tonum variant:Differentia, & Numerus poeticus. 1. *Differentia est, qua vox voci quodammodo opponitur; hæc accentum transfert in syllabam vulgariter accentuatæ præcedentem, vt* du yü täk mï rjħt, or mistäk mï? *sic* wíthhöld, únthankful,dísonestlj,dísonorabl, dísonorablj *etiā,et* únmëzvrablj;*huc refer* de-

zért *meritum*, *&* dézert *desertum aut solitudo*, *&c. Numerus poeticus proparoxytonis in* [*i*] *sæpe vltimã productam acuit*; *vt*, mizerj, konstansj, destinj: *vnde etiam in prosâ ferè obtinuit*, *vt vltimâ vel longâ vel breui æqualiter scribantur*, *& pronuncientur*, *non acuantur tamen*.

De Rhetorico accentu difficilius est iudicium; *quia suum cuique est*, *& variũ. Exemplo res meliùs intelligetur.*

Mj song, if ani ask whüz grïvus plaint iz such (much
Dj, ër ðou let hiz nám bï knöun: hiz fóli shöuz tü
But, best wër ðï tu hid, & néver kum tu ljht: (rjht.
For ön ðe érth kan nön but J, ðjn aksents sound a-

Diximus monosyllaba omnia acui, *hoc est accentu Grammatico*: *at in orationis contextu illis tantùm vocibus est accentus oratorius*, *siue quædam toni* ἐνέργεια, *quibus sensus vis &* ἐνάργεια, *inest*: *reliquæ omnes præ his quodammodo barytonæ habeantur. Ego igitur sic ista lego*, *vt versus primus vno tenore*, *& æqualis fluat. In secundo tribus voculis accinitur* dj, nám, fóli: *quia*, *ex sensu apparenti moriendum potius est carmini*, *quàm nomen auctoris indicandum*; *cui tanta stultitia malum est omen. At ex implicitâ Antanaclasi*, *sine diastolâ* τῶν dj, *&* er, let ðou hiz näm bi knöun Djer; *etiam cum priori tepidius erit*, *& sine accentu oratorio efferendum. Duos sequentes versus licèt ego sic legam*, *vt* hjd, *&* néver *in priori accentuem*: érth, J, *&* djn, *in posteriori*: *alius tamen fortasse aliter*; *idque cum bonâ vtrinque ratione. Atque hæc de accentu acuto Grammatico*, *& Oratorio*, *præcepta sunt. Grauis vbique intelligitur*, *vbi alius non est accentus. Circumflexus* [^] *in alijs dialectis frequentiùs auditur quàm in communi*; *vbi tamen ea est aliquando vocis alicuius prosodia*, *vt sensum mutet. Exemplo*; J

am

am afráid of him. *i. metuo ab illo* : J am afrâid of him: *i. quid de illo futurum ſit timeo.*

Accentui inſeruiunt interpunctiones: quia illæ vt ſensū aperiunt, ita quantū poſſunt accentui viam ſternunt. Eædē ſunt nobis quæ Latinis, & vſus idem: ſunt autem Κόμμα *ſiue incisum* [,] Ὑποδιαστολὴ *aut ſubdiſtinctio* [;] Κῶλον *ſiue membrum* [:] Περίοδος *ſiue ſententiæ & ſenſus integra complexio* [.] *His adiunge interrogationis notā* [?] *& exclamationis* [!] Παρενθέσει *(ſcientibus loquor) nihil includi debet quod cum vllâ voce in reliquâ orationis ſerie ſyntaxin habet: at* Ὑποπαρενθέσει [¡ ;] *illud quod abeſſe quidē poteſt, ſed cum aliâ aliqua ſententiæ voce conſtruitur.*

Exemplum.

Đe (beſt ſaid hï) ðat J kan yü advjz,
Iz tu avoid ð'okäzion of ðe il.
Đe kauz remüved whens ð'ïvl duth arjz
¡ Az ſün it mai; ð'efekt ſurſëſeth ſtil.

Huc accedit Απόστροφος *in* ð'efekt, *& in vocibus cōpoſitis* Ὑφὴ *ſiue maccaf* [-] *vt* hart-ëting grïf. *Et vltimò (ſi tu concedas (lector) in* Διαιρέσει, Διαστολὴ [..] *in* συναιρέσει, Ἄρτη [ᴗ] *vt in* okäzion *triſſyllabâ: ſed his &* Ὑποπαρενθέσει *in vſu frequenti, locus rarò conceditur.*



Cap. XXVI.

De Metro.

M*Etrum apud nos largè acceptum, aliquando ſignificat ipſa in carmine omoioteleuta : nonnunquam ponitur pro omni oratione adſtrictâ numeris ; ſic enim*

metrum,& prosam opponimus. Sed hic pro omni mensurâ syllabæ, pedis, metri propriè dicti, & carminis vsurpo.

De Syllabâ.

Syllabarum quantitas septem modis agnoscitur. 1. Vocali. 2. Diphthongo. 3. Accentu. 4. Positione. 5. Deriuatione. 6. Præpositione. 7. Metaplasmo.

1. Vocalis & 2. Diphthongus.

Satis aparuit in grammaticâ, quæ syllaba longa aut breuis censeri debet, ex vocalibus, quas longas aut breues esse diximus: 1. *Poetæ tamē illa in* ȷ. *desinentia licēter corripiunt; quia in fluxu orationis accentus in propinquâ syllabâ eius longitudinē absorbet. At si syllaba accentu vllo grammatico, vel rhetorico afficiatur, non corripitur; vt,* mȷ moni-*vv.*

2. V. *in fine anceps est: vt,* nv, trv*: at consonâ in eâdem voce monosyllabâ sequente, longa est; vt,* svr, pvr. *sic in dissyllabis, si accentum habeat: vt,* manúr, refúz *verbum: at accentus in priori, ultimam ancipitem relinquit; vt, in* réfvz *subst.* 3. *Vocalis, aut diphthongus, ante vocalem non corripitur necessariò ut apud Latinos. Sed contrà, vocalis longa, aut diphthongus, ante vocalem semper producitur, si in se accentum habeat, vt* deníng, displáied. 4. *Vocalis, aut Diphthongus per synalæpham licentiâ poeticâ nonnunquam intercipitur: sed frequentißimè intercidit* u, *in* tu *datiui & infinitiui signo; &* e, *in articulo* ðe, *tamen non semper. in* Đou *ante* art *diphthongus sæpe deficit.*

3. Accentus.

Omnis syllaba, accentum acutum habens aut circumflexum, longa est: idque maximè si syllaba dictionis prima

non

non ſit. Nam prima naturâ ſuâ breuis, accentum ſæpe admittit, vt góing, dúing, áni, ſpírit, bódi, *quæ etiamſi ex vocali breues eſſe intelligantur, accentu tamen ſubinde communes fiunt vt in illo Choriambo* Lädi ladï.

2. *In triſſyllabis etiam, acutus in breui ante liquidam, ſyllabam aliquando ancipitem facit, vt in* máladj, símoni, ʒéneral, bénefit.

3. *Vocalis breuis in vltimâ, ante duplicem, aut etiam ante ſolam liquidam, accentu anceps fit. Vt* begín; diſtíl, defér, prolóng. *Idipſum etiam in monoſyllabis accentu acutiſſimis fiet: vt,* áx, ʒúʒ, fél, sín, sóng, wár, ʒár. *Quam formam quædam etiam ante mutam ſequuntur: vt,* búd *gemma,* bút *meta.*

4. *Omnis ſyllaba ante accentuatam breuis eſt: vt,* dezír, abröad, abándon, devíded, divínlj, bilíving, prevénted: *niſi obſtet natura; vt, in* förgóing, förſpéking; *aut poſitio; vt,* förgótn, fögíving. *Sed hîc tantum valet accẽtus, vt in multis duplicatis alteram elidat, vt,* aténd, apíring, opözed, adréſed; *pro* atténd, appïring; oppózed, addreſéd: *Sed vt conſonam elidat vel non, poetæ in medio relinquitur.*

5. *Syllabæ quæ ſolis conſtant conſonantibus, quia accentum nunquam recipiunt, breues iudicantor: vt,* ſadl, trubl, moiſtn.

6. *Accentus Rhetoricus longas præcedentes ſæpenumero corripit: vt,* If yi bi âl thïvz, what höp hav J? *vbi vocales naturâ longæ in* yï, bï, häv, *ratione accentuum in* âl, *&* J, *correptæ ſunt.*

4. Poſitio.

In diuerſis dictionibus poſitio ſæpe valet vt apud Latinos: at, in eâdem dictione, accentus poſitioni præualet; ita vt

vt in trissyllabis, accentus in primâ sonorâ naturâ aut positione longâ, abbreuiet vtrasq; sequentes: vt, in Chéstertun, Wímbldun. *Nec quisquam, qui Anglicè nouit, negare audebit* Ténterden ſtipl *esse carmen Adonicum. nam hîc adeo violentus est accentus, vt etiam in diuersis dictionibus positionem auferat. Idipsum affirmabis, si Sussexios audias in* Wáterdoun fórreſt. *Adeo clarus est accentus in primo trissyllabo, licet positione non eleuetur. Hîc tamen cautelâ opus, nam si ad positionem* l. n. *vel* ng, *concurrat, media syllaba producitur: vt,* Sémpringam, Trúmpingtun, A'bington, Wímundam, Wílfulnes, *&c. Quod dixi apparebit exemplo.*

What if a däi, or a munth, or a yër: *hemistichiũ est, duobus constans dactylis, & choriambo, nemo dubitat.* Sö it befel on a Péntekoſt dai. *Nec quisquam hîc magnopere hæret, nisi quod particula* it *tardiùs sequi videtur ob positionem: at Metaplasmo occidentali* ivél *pro* bifél *nihil currit rotundius; nam positio illa in* koſt, *nullo modo tempus retardat propter accentum in* Pen. *Positio aliàs valet ad Longitudinem: vt,* Gilzland, London, harveſt.

5. Deriuatio.

Deriuatiua eandẽ cum primitiuis quantitatẽ plerumque sortiuntur: vt, dj, djing; dezjr, dezjred; profän, profänlj. *Excipiuntur illa, quæ à longis enata, vocalem naturâ longam corripiunt: vt, a* mjzer, mizerabl, mizeri: *Et anomala coniugationis primæ, quæ figuratiuam commutant: vt, á* rëd, red; *à* ſwët, ſwet; *à* wrjt, writ; ſtrjk, ſtrik, &c. *His adde vnum tertiæ* dü, did. *Secundo excipiuntur illa à peregrinis deducta, quibus syllabarum quantitas naturâ, positione, aut accentu mutatur: vt à noto as,* tu nöt; *à magnifico,* tu magnifj; *à potens,* pötent, &c.

At impotent, omnipotent, *suam naturam sequuntur: quod etiam in aliis forte pluribus obseruabis.*

6. Præpositio.

Præpositiones inseparabiles, a, bi, re, *etiam* un, dis, mis, *si positio sinat, corripiuntur. Reliquarum omnium quantitas, ex suis vocalibus satis intelligitur.*

7. Metaplasmus

Est, quum necessitatis, aut iucunditatis gratiâ, syllaba, aut dictio à formâ propriâ in aliam mutatur. Huc refer omnes antedictas dialectos præter communem. Et licet omnis Metaplasmus ad syllabarum quantitatem agnoscendã non sit vtilis: tamen quia plurimæ eius species hîc multùm possunt, eas omnes simul explicabimus.

[a] *Prothesis apponit caput id quod* [b] *Aphæresis (aufert:* Manc.

vt, [a] arȷ̃ht, emmüv; *pro* rȷ̃ht, müv: *& eleganti imitatione Latinæ compositionis*, efraid, *pro* fraid. [b] venȝer. *pro* avenȝër.

[a] *Syncope de medio tollit, quod* [b] *Epenthesis infert.* Manc.
vt, [a] humbles, whü ever, *pro* humblnes, *&* whüsoever; [b] errand *pro* ërand.

Aufert [a] *Apocope finem, quem dat* [b] Paragoge. Manc.
vt, What J ðe [a] bet for ðj *Spens. pro* beter, [b] telen, *&* displëzen, *Chaucer pro* tel, displëz.

Consonã vt [a] *Ecthlipsis, vocalẽ aufert* [b] *Synalœpha:*

Exempla.

[a] Fäm with abundans mäketh a man thrjs blessed an happi *pro* and happi.

[b] First,

[b] First, let Simmerian darknes bi mi önl' habitäsion. *pro* önlj.

[a] *Systola longa rapit, breuiata* [b] *Diastola longat.*

vt, Sidn. untu Cvpid ðat buoi shal a pedante bi found: *vbi prima in* pedante, *à* παιδὸς, *corripitur.*

[b] *Diastola* Τάσις, ἔκτασις, *siue extensio dicitur. Exemplum reperies apud eundem Sidneium.*

Ðat bj a bodi it göz, sins bj a bodi it iz.

vbi ex bodi *perichio, trochæum facit contra quàm eius natura pati potest, Rectiùs ille in speculo Tuscanismi.*

Æl gallant virtvz, âl quallitiz of bodi and soul.

Plus satis huiusmodi exemplorum inuenies apud Staniburstum, & alios.

Sins mj nöz outpëking (gud Sir) yür lip-labor hindreth.

Neque enim verum est quod scribit quidam, Syllabarum regnum illis concessum, qui primi suo exemplo illarum quantitatem definirent: Syllabæ enim naturâ suâ; id est, cuiuscunque linguæ idiömate, aut longæ sunt, aut breues, aut indifferentes, vtcunque mali poetæ illarum quantitate abutuntur.

Farnabeius. *Syllaba de binis confecta, Synæresis extat.*

Vsitatissimus est hîc metaplasmus in verbalibus passiuis in ed; *vt,* luv'd, *pro* luved, *& vbique alias; vt,* ev'rj, *pro* everj; whatsoever, okäzion, *trissyllabis. Neque in vnâ tantùm dictione synæresis est, sed etiam in diuersis: vt,* Is't not inuff? *pro* iz it not, *& in communi loquendi formulâ,* much gud du't yü, *pro* du it. *Sic* was't, for't, whüz dër *pro* waz it, for it, whü iz dër, &c.

Διαίρεσις, *siue* Διάλυσις.

Dicitur in binas separare Diæresis vnam. Mant.

Vt Sp. Wündes, kloudes, handes; *pro* wündz, kloudz, handz. *Huic cognata est.*

Τμῆσις, Διακοπὴ, *siue Intercisio.*

Dat Tmesin partes in binas dictio secta, *vt,* Mant.

Tu us ward, *pro* toward us.

Μετάθεσις.

Fit Meta ritè thesis, si transponas elementa. Verepeus

Vt, vouched sâf, *pro* vouchsâfed. *Spen.* Lõm whjl, *pro* whjlõm.

Ἀντίθεσις, *meliùs* Ἀντίστοιχον.

Est Antistœchon tibi litera si varietur.


Spens. fõn, ein, hond, lond, *pro* fõz, eiz, hand, land. *hunc referre potes illa tertiæ personæ Indicatiui præsentis in* s, z, ez, *pro* eth; *vt* hï spëks, luvz, tëchez; *pro* spëketh, luveth, tëcheth. *In quibus non tantùm est Antistœchon sed & synæresis.*

Ista Metaplasmum communi nomine dicas.

Quæ dixi de quantitate syllabarum, ita abhorrere videbuntur ab auribus illorum qui ad Latinam prosodiam assueuerunt, vt mihi nunquam satis cauisse, illos satis admouisse possim. Sed si syllaba breuis vnius temporis concedatur, longa duorum; ego veritatem appello iudicem, auresque musicorum testes: his causam omnem permitto. Ipsos autem, qui me iudicio postulauerint, adhortor, vt meminerint quàm multa Latini à Græcis discesserunt Atque, vt mittam significationem, genus, syntaxin alicubi; in prosodiâ toto cælo aberrarunt. Omega vix productam in ambo; & ego, & Noster Apollo vera. Sed quia de his paulò fusiùs dicendum est postea, in presens missa facio.

Pedes, quibus Anglica poesis vtitur, sunt dissyllabi tres; spondeus --, trocheus -υ, iambus υ-. Trissyllabi quinque; tribrachus υυυ, molossus ---, dactylus -υυ, anapæstus υυ-, amphimacrus -υ-. Tetra syllabes

hos tantum duos animaduerti: quorum vnus est pæon quartus ∪∪∪–, alter choriambus –∪∪–



Cap. XXVII.

Carmen Rythmicum.

IN *carminum generibus, nihil nostris intentatum relinquitur: res tamen meliùs successit illis qui rythmo poesin scripserunt, quàm qui numeris Latinorum. Et quamuis eò acriter docti contenderint, vt Græcorum & Latinorum numeros assequerentur; euentus tamen optatis non respondit. Et quia, dum portum capesso huic scopulo quasi fato quodam oratio nostra illisa est, remis arbitror & velis certandum, ne afflicta penitus & fracta sit. Sed ne saxo detrusa fluctuet, anchoram inprimis hanc sacram demitto. Omni sermoni suum esse* ἰδίωμα *quo non inflexione, aut ratione solâ syntaxeos ab alio differt, sed sono etiam, accentu, et totâ prosodiâ. Hoc ex superiori capite in nostro satis apparuit. Secundò, vniuscuiusq; sermonis regulas, ex suo idiomate natas, nec debere, nec posse alterius idiomata coercere. Sic enim non essent amplius* ἰδιώματα, *sed communes vtriusque affectiones. Et ipsius logonomiæ ratio vniuersa hoc postulat, vt de singulis linguis regulæ propriæ de inflexione, de Syntaxi, de vniuersâ prosodiâ assignentur. Et ne longius abeam; lingua Græca, & Latina (licèt inde magnâ ex parte deducta) non easdem habent de prosodiá regulas. Exempla. Vocales* α, ι, ε, ο, *& diphthongi* αι, οι, *pro carminis ratione, ante vocalem, aut diphthongum eliduntur, aut non. Vocalis breuis ante solam liquidam non raró producitur: ut,* Ἆρες Ἄρες βροτολοιγέ. *Vocalis dictionis sequentis ali-*

quan-

quando eliditur ab alterâ præcedenti. Vocales longæ aut diphthongi indifferentes ſunt alijs ſequentibus. Quarum quidem regularum nulla eſt, quæ in Latinâ proſodiâ vim ſuam obtinet; vt nihil de immenſâ illâ Græcorum licentiâ dicam, quâ pro carminis neceſſitate vocales longas corripiunt, aut breues producunt. Atque vt Latinam prolem, hoc eſt linguam Hiſpanicam, Italicam, Gallicam, perluſtres animo; quid tandem cauſæ erit cur Latini carminis proſodiam non ſequuntur? ἴσως. Fieri poteſt, vt quemadmodum nos, ſic et illi Latinos numeros tentarunt; ſed re infectâ ſolummodo tentarunt: neque enim apud illos illuſtre aliquod poema eſt, Latinæ poeſeos numeros ſequutum. Quæ res obſtitit? ἴσως. Quin etiam ſi Græcum elegium cum Latino conferas, inuenies illa Theognidis, Solonis, Tyrtæi, aliorum; cum Catulli, Tibulli, & maximè Ouidij numeris, Ennium cum Virgilio. Quæ dixi huc omnia redeunt; Non eſſe adſtringendam proſodiam noſtram, Græcorum aut Latinorum regulis, ſed noſtrâ tantum virgulâ, noſtram proſodiam metiendam. Nec tamen barbariſmi notam propterea linguæ Anglicæ inuſtam putes, quòd numeros Latinos non ſectemur. Cedò enim, quot linguæ ſic verſus componunt? anne omnes barbaræ? anne omnes ſordent præ vnâ Græcâ aut Latinâ? Certè ſi Hebraica lingua ſit omnium prima, erit etiam longè optima; vtpote quæ Adamo indulta cœlitus: vterum tamen prophetarum Poetica, Latinorum verſuum regulis alligata non Rob Bellarm.
eſt: ſic enim penitus ignota non eſſet. Recentiores magiſtri Gram. Heb.
barbariei inuidiam nil timentes, triplici rythmorum ge- part. 4. c
nere contenti ſunt. Et quoniam experientia optima eſt cuiuſque rei magiſtra, exemplis agemus.

Iz it onorabl for a man, a neſeſſi i föring,
Fâlslj tü forsäk öld frindz and ſtik tu a nv kum?

Quid quæso hic ornati est? Vbi numerus, quo versus à vulgatâ syntaxi differt? Certe licet ea quantitatis ratio obseruetur in voce onorabl, *quam Latina prosodia requirit: tamen hoc fœdißimum est in eâ vitium, quod (contra quem accentus nostri ratio postulat) prima syllaba corripitur: reliquæ omnes apud nos breues, producuntur. Alter versus hoc habet incongrui (quod in carmine Latino ferendū non est) in verba integra, integros exire pedes; vt, Tityrus egit capras læto gramine pastas. Hoc autē apud nos ideo fieri necesse est propter frequētes voces monosyllabas.*

Nihil ergo est quod affert eruditus Campianus vbi hanc litem mouet, Ideo miserabiliter succeßisse nostris heroicis ob defectum dactyli; nam & polysyllaba (inquit) grauia sunt, et monosyllaba ad labendum inepta; hoc est, etiam grauia. Sed impediunt illa duo maximè quæ dixi; Accentus, Latinis regulis de quantitate, plerumque contrarius, & pes in singula verba exiens. Quòd si in grauißimum carminis genus Heroicum, numerus noster non venit propter grauitatem: multò minùs lyricis conueniet; in quibus trochæus, & iambus, & pedes citißimi dominātur. Sed non adhæret sermoni nostro calumnia tarditatis; cui affatim omne numeri genus inest; quem omnis lepos, omnes facundiæ Veneres, certatim adornant. Sic igitur censeo; Iniquißime agi cum nostris vocibus, si ad Latini sermonis trutinam expendantur, proinde Latinorum carminum genera ad nostram poesin esse ineptißima; sed retinendum potius esse carmen quod huc vsque rythmicum appellatur: in quo omnis numeri decor est, etiam & ipsißimi Latini pedes; non tamen ex ijsdem regulis, sed nostro canone, qui solus ad nostrum vsum accommodatus est, hoc est ex accentu æstimati. Et ne procul discedam, afferam ipsius Campiani carmina Obseruationum, cap. 4. quæ si fiant

he-

homoioteleuta, nihil à vulgatißimis cuiusuis poetæ differre videbuntur.

Tel ðem, ðat piti or perversli skorn
Pür Inglish poesi, áz ðe släv tu rjm;
Yü ar ðöz lofti numberz { ðat revjv / which adörn } *Camp. / Rythm.*
Trjumfs of prinsez, and { stern tragedjz; / ðeir happi tjm; } *Camp. / Rythm.*
And lërn hensfürth t'attend ðöz happi sprjts
Wüz bounding fvri, heiħt, & waiħt { afekts. / deljts. } *Camp. / Rythm.*
Asist ðeir läborz, and sit klös tu ðem,
Never tu part awai til for dezart,
Ðeir brouz with grët Apolöz baiz { är hid, / yi hem, } *C. / R.*
Whü first tauħt numerus aksents praiz'd bj art:
Hi'l turn hiz glörj from ðe sunni kljmz,
{ Ðe / Tu } north-bred wits alön tu { patronjz. / sing in rjmz. } *C. / R.*

Numeros eosdem vides, eosdem pedes. At odiosa sunt (inquis) perpetua homoioteleuta: minuunt enim sermonis maiestatem; & in scenâ maximè, vbi seuera tragœdia intumescit. Huic autem malo satis consultum est à nostris poetis, vbi manente numero neglectus est rythmus; nisi quod ad stilum tragicum molliendum, in fine longioris sermonis sonus similis reperitur. Fateor, licenter nimium fabularum scriptores abusos esse numeris, in comœdiâ sæpius neglexisse: quod quidem poetæ magis existimo indecorum, quàm si actores in scenam sine togâ, sine pallio produceret. Et quia hic honos vbique est habitus poesi nostræ vt in similes sonos exeat: licebit poetæ eos non negligere quidem; sed ita temperare, vt scriptoris industria laudem,

& carminis iucunditas gratiam inueniat, Exemplo potest esse illud Spenceri Eglogâ 8.

Yï wästful wudz bër witnes of mj wö,
Wherin mj plaints did oftntjmz resound:
Yï kärles burdz ar privi tu mj krjz,
Which in yür songz wër wunt tu mäk a part:
Đou plëzant spring hast luld mï oft a slïp,
Whüz strëmz mj trikling tërz did oft augment.
Rezort of pïpl duth mj grïfs augment:
Đe wâled tounz du wurk mj grëter wo:
Đe forest wjd iz fiter tu resound
Đe holöu eko of mj kärful krjz, &c.

Multa alia possunt esse temperamenta rythmi, ne stomachum moueat, aut fatiget aures: quæ fabularum scriptor pro suâ industriâ aut inueniat, aut inuenta imitetur. Sed vtcunque se euentus dabit, vtraque poesis mihi plurimùm debebit, qui in vocum orthografiâ tam facilem straui viam ad species Metaplasmi, in omni carminis genere tam necessarij.

Venio igitur ad carminum genera, rythmica primùm, deinde illa quæ Latinam industriam imitantur. Dixi pedem cuiusq; carminis mensuram, & hinc nostris metrum dici. Carminum autem genera logonomi præcipuè tria numerârunt. Scenicum, Epicum, Melicum: quibus promiscuum adijcio; quod Epigrammata habet, Dialogos, Elegia, Epitafia, Epistolas, &c. Quæ tamen omnia ad prima eatenus reducuntur, quatenus aut vno carminis genere constant, aut misto. Scenicum, & Epicum, vno ferè carminis genere contenta sunt: illud est vt plurimùm pentametrum. Spenceri tamen Epicum, siue Heroicum, nonum quemque versum habet hexametrum; ad grauitatem, & quandam stationis firmitudinem. In scenico, poetæ malè negli-

negligunt ὁμοιοτέλευτα, quæ in Epico continua ſunt. Sic tamen vt aliquando duos quoſque verſus ligent; aliquando quaternos: tum primus tertio, ſecundus quarto ſæpiùs reſpondet. Si ſex ſint carmina in vno ſyſtemate, hoc Itali, & inde nos ſtanzam appellamus: ſic reſpondent quatuor primi, vt ante dictum eſt, duo vltimi gemelli ſunt. Nonnullis ſeptem vnum efficiunt ſyſtema, ſic vt primus verſus tertio, ſecundus quarto, & quinto adſonet; duobus vltimis conſpirantibus. Sed quia in pentametris hæc frequens ſonorum colliſio, mollior eſt quam quo res graues enarrentur; ſyſtemata, octo verſibus ſic componunt, vt primus cum tertio, ſecundus cum quinto, quartus cum ſexto cohæreat, duobus vltimis in fine concurrentibus. Spenſeri modos, à figurarum exemplis quas Ἔξοχα appello, facillimè addiſces. Melicum carmen miſtum eſt ex duobus, & vltra pluribus fortaſſe ad ſex vſque carminum genera; quorum menſura eſt a monometris, vſque ad octonarios nunquam vlteriùs. Hæc etiam carmina, aut catalectica eſſe poſſunt, aut acatalectica. Exemplum eſto Ben. Iohnſoni ode 14.


ἑξάκωλος, δεκάστροφος.

Nou ðat ðe herth iz kround with ſmjling fjer,
And ſum du drink, and ſum du dâns,
Sum ring,
Sum ſing,
And âl du ſtrjv t'advâns.
Ðe mvzik hjer:
Whërför shüld J
Stand ſilent bj?
Whü nou ðe lëſt
Both luv ðe kauz, and autorz of ðe fëſt.


Hic vides, vltra pentametrum, nullum verſum produci:

etiam


etiam & illud obseruare poteris, nullum ferè pedem, in illis omnibus quæ huc vsque commemorauimus reperiri, præter dissyllabum. Reperiuntur tamen alicubi & alij pedes, & versus etiam octonarij; vt, in illo perbello cantico Tho. Campiani πτερακούλκα ληκαστρίου: *cuius mensuram vt rectiùs agnoscas, exhibeo cum notis.*




What if a dai, or a munth, or a yër, kroun ðj
Kan not a chauns of a njħt, or an ouer, kros ðj



dezjrz with a thouzand wisht kontentingz?
deljts with a thouzand sad tormentingz:



Fortvn, onnor, beuti, yvth, är but blossumz dijng:
Wanton plëzvr, dõting luv, är but shaddõuz fljing



Æl our ʒoiz är but toiz, jdl thouħts dësëving.
Nõn hath pouer of an ouer, in ðeir lïvz birëving.

Primi duo versus sunt octonarij: quorũ tamen longitudo frequentibus dactylis primo, secundo, quarto, quinto; et tertio choriambo cõpensatur. Sequentes duo senary sunt quibus tertius pes molossus est, reliqui spondæi. Vltimi, duobus constant dimetris catalecticis, & trimetro acatalectico. Et licèt hæ melicorum mensuræ canticis quidem aptissimæ sint; Heroica tamen ad Latinũ exemplar composita

posita, & alia Epica, periti musici Birdus, alijque plures, melodijs illustrarunt; quemadmodum psalmorum parafrasin Nathan Chytræus.


Carminum genus quod promiscuum dixi, ad duo priora Epicũ, & Scenicũ, proximè accedit: quia fermè vnius sunt generis, aliquando etiam duorum: mensura tamen alia est atque alia. Namque nonnulla dimetra sunt, & inde vsque ad hexametra. Heptametrum prioris ætatis metafrastis Faiero, Goldingo, alijsq; in vsu erat: recentioribus rarò solum est, sed in materiâ tristiori cum hexametro nonnunquam miscetur, in elegos. Exemplum.

Hï ðat hiz mirth hath lost; whüz kumfort iz dismaid,
Whüz höp iz vain, whüz faith iz skorn'd, whüz trust iz âl bitraid
If hï häv held ðem dier, and kanot sës tu mön;
Let him kum täk hiz pläz bj mï, hï shal not rv alôn.

Aliæ sunt carminum elegiacorũ mensuræ; maximè pentametrum: sed in dicôlis aliquibus, carminũ inæqualitas eleuat materiæ grauitatẽ; vt, inter illa Dauisoni, pag. 200.

O faithles world! and ðj möst faithles part,
a wumanz hart!

In summâ, ita lasciuiunt poetæ nostri in carminũ generibus, in rythmis, & vtriusq; mixturis, vt nihil ferè excogitari posit, cuius exempla apud illos abundè non reperies.



Cap. XXVIII.

De Carminibus ad numeros Latinorum poetarum compositis.

E*Xpediam igitur illa carminum genera, quæ Latina exempla sequuta sunt. De ipsis numeris quid censendum*

dum ſupra diximus: itaque ſatis erit nuda exempla propoſuiſſe. Heroicis 4. primos libros Æneidos Virgilij tranſtulit Stanihurſtus, ad ſenſum quodammodo, & ſubdolo conſilio ſi aperirem: ſed quia priuato non eſt opus. Ita tamen inconcinnè concatenantur numeri, vt riſum captâſſe videatur, potiùs quam poetam vertiſſe.

Jðat in öld ſëzn with rïdz Otn harmoni whiſtled
Mj rvral ſonnet; from forreſt flitted, I forſed
Đë ſulking ſwinker ðë ſoil ðoħ kraggi tu ſunder.

Nec melioris monetæ ſunt illa quæ poſtea ſequuntur elegiaca, quibus bis & vigeſies reddit.

Qua ratis egit iter, iuncto boue plauſtra trahūtur;
Poſtquam triſtis hyems frigore vinxit aquas.
Whër ships ſaild, ðe wagonz är nou draun ſtrongli
Bj rezn of ðe river knit with a froſti ſoder. (with oxn:

At diuino Sidneij ingenio, & dicendi copiæ ſic omnia fluunt, vt Latinos ingenio ſuperâſſe dixeris, æquâſſe facundiâ, Teſtis ſit Echo, Arcad. lib. 2. c. 29. (*Echo*, pës.
Fair roks, gudli riverz, ſwït wuds, when shâl I ſi pës?
Pës? whu debarz mj tung? whu iz it ðat kumz mi ſo

His paria ſunt elegiaca Arcadiæ lib. 3 c. 1. (nj? *Echo*, J.
Untu a kaitjv wrech, whüm long afflikſion höldeth,
And nou fulli bilïvz help tu bi qujt periſhed,
Graunt yit, graunt yit a lük, tu ðe laſt monvment of
Oyu (alas ſo I fjnd) kauz of hiz onli rvjn! (hiz anguish

Arcad. lib. 1. c. 19. ſpem ſuam ſapphicis alloquitur.
If min eiz kan ſerv tu du harti ërand,
Or min eiz languaȝ shi du hap tu ȝuȝ of,
So ðat eiz meſſäȝ bi of hir reſëued,
Höp wi du liv yit, &c.

Phaleuciorum, quæ ineptè ἑνδεκασύλλαβα nominant (nam & ſapphica ſunt vndecim ſyllabarum) exemplum habes

entir

inter illa Dauisoni, p.123.

Wizdum warnz mi tu shun ðat öns J söuȝt for,
And in tjm tu retjr mi hasti fütsteps, &c.

Quin etiam ad exempla Latinorum poetarum, omnia fere Lyricorum genera reperies in illâ Psalmorum Dauidicorum Metaphrasi, quæ à Philippo Sidneio incœpta, ab alijs ad vmbilicum perducta est. Etiam præter hæc quæ diximus carminum genera, habes & alia octo apud Campianum, libello antè citato: nos mensuram quâ singula descripsit dabimus, & versus quot satis erunt in exempla. Primùm autem monendus est lector, versus nostros, quinque tantùm pedibus constantes, ijsque fere dissyllabis, propter sermonis nostri grauitatem, Latinorum senarios æquare. Grauitatis autem siue tarditatis nostræ causam ponunt in frequentibus monosyllabis: Ego potiùs in frequenti Consonantium concursu. Namque, vt apud Latinos syllabæ ab vnâ tantùm consonâ cum vocali fiunt, aut duabus, rariùs à tribus; vt, Vltima linea rerum mors: *sic in nostro sermone sonoro & masculo, cum vnâ vocali tres, quatuor, quinque, aut etiam sex consonãtes reperias. Vt,* mör, stör, strong thirst, stormez, strength strengths.

Primum Campianicorũ carminũ est ex puris iambis: vt,

Ðe mör sekvr, ðe mör, ðe strök wi fil
Of unprevented harmz: So glümi stormz
A pier ðe sterner, if ðe dai bi klier.

Iambicus autem mistus recipit pro iambo; in loco primo, secundo, & quarto; tribrachum, spondæũ, aut dactylũ, rarò anapæstum, idq; secundo, aut quarto loco. exemplum antè attuli. Tel ðem ðat pitti or perversli skorn, &c. *Reperitur autem aliquando etiam tertio loco tribrachus: vt,*

Sum träd in Barbari, sum in Turki träd. *Item:*
Men ðat du fâl tu mizerj, quikli fâl.

aliquando in quinto: vt,

Renoun'd in ev'ri art ðër livz not ani.

Etiam & in primo loco trochæum admittit, modò in ſecundo ſpondeus, dactylus, aut tribrachus conſequatur.

Exemplum. - ᴗ, *cum.* - -

Az ðe fair ſun ðe ljhtſum hëvn adornz.

Exemplum. - ᴗ, *cum* - ᴗᴗ

Nöbl, inzenius, and diskrïtli wjz.

Exemplum. - ᴗ, *cum* ᴗᴗᴗ

Beuti tu zeloſi bringz zoi, ſorro, fër,

Hæ ſunt ergo menſuræ verſus iambici.

- - - -	- - - -		- - - -	
- - ᴗ	ᴗ ᴗ - -		ᴗ ᴗ - -	
- - ᴗ ᴗ	- - ᴗ ᴗ		- - ᴗ ᴗ	
ᴗ ᴗ ᴗ	ᴗ ᴗ ᴗ	ᴗ ᴗ ᴗ	ᴗ ᴗ ᴗ	ᴗ ᴗ ᴗ
ᴗ - -	ᴗ - -	ᴗ - -	ᴗ - -	ᴗ - -

Vbi velim æquus lector animaduertat, quot loci conceduntur tribracho, dactylo, anapæſto, pedibus ſermoni noſtro (ſi qui alij) ineptiſſimis. Et tamen vel ſic (vt antè oſtendimus) nihil deeſt ad vſitatiſſimum verſum præter homoioteleuta.

Secundum carminis genus eſt dimetrum iambicum, duobus conſtans pedibus: quorum primus ſpondæus eſſe poteſt, trochæus etiam, aut iambus; ſecundus, amphimacrus, aut pæon quartus. Exempla.

Räving war bigot	Nëver of ðï praiz
In ðe thirſti ſandz	Bï tü prödigâl:
Of ðe Libian jlz,	Hï ðat praizeth âl,
&c.	Kan praiz trvli nön.

Tertium genus eſt Trochaicum pentametrum, conſtans

tro-

trocheo, spondæo, aut iambo; & quatuor deinde trochæis. Epigrammatibus commodum.

Whatð oħ Harri bragz? let him bi nöbl;
Nöbl Harri hath not hâlf a nöbl.

Quartum genus est Elegiacum dicôlon; vbi primus versus est iambicus mistus pentameter quem antè dedimus: alter constat duobus dimetris: quorum prior recipit in primo loco trochæum, aut spondæum; secundo amfimacrum. Secundus dimeter trochæum solùm priori loco admittit; posteriori dactylum, aut amfimacrum, quia vltima cuiusque versus syllaba communis habetur. Elegis aptum est, & epigrammatibus: vt,

Konstant tu nön; but ëver fâls tu mï:
Traitor stil tu luv, thruħ ði faint dezjrz.
Not höp of pitti nou, nor vain redres,
Turnz mj grïf tu tërz, and reuv'd laments, &c.

Exemplum epigrammaticum.

A wjz man wäri livz, yit möst sekvr;
Sorröuz müv not him grëtli, nor deljts:
Fortvn and dëth hi skorning, onli mäks
Ð'ërth hiz söber In; but stil hëvn his höm.

Quintum genus est Anacreontæum duobus constans pedibus, qui aut trochæi esse possunt, aut spondæi indifferenter: vt,

Follöu, follöu
Ðoħ with mischïf
Arm'd; ljk whirlwjnd
Nou shï fljz ðï.
Til dëth, faint not
Ðen, but follöu.
Küld J kach ðat
Nimbl traitor
Skornful Laura;
Sün ðen wüld J
Sïk aveŋʒment.
What's ð'aveŋʒment?
Prosträt löu, tu
Beg for mersj.

Quæ sequuntur tria genera, canticis sunt aptiora: si

modò (quod in omnibus melodijs cogitari debet) syllabæ longæ longioribus notis aptentur, breues breuioribus.

Horum generum primum respondet Sapphicis; quorum tres primi versus trochaici sunt ante-dicti, nisi quod primus pes semper est spondæus: quartus versus ex tribus est trochæis: vt;

Faiths pvr shïld ðe Kristian Diana,
Inglandz glöri, kroun'd with auful onnor;
Liv long with triumfs, tu bles ði pïpl,
At ði sjt triumfing.

Secundum genus est tricôlon tetrastrofon, etenim primus quisque versus est dimeter antè dictus, nisi quod primus pes spondæus tantùm est aut trochæus: duo sequentes sunt trochaici tetrametri, qui primo loco spondæum admittere possunt, aut trochæum, tribus trochæis sequentibus: quartus est trochaicus dimeter; vt,

Röz-chïkt Laura, kum,
Sing ðou smüðli, with ði beutiz
Sjlent müzik, eiðer öðer
Swïtli gräsing.

Tertium genus est tricôlon pentastrofon, priori contrarium: primus enim versus est dimeter trochaicus: tres sequentes sunt trochaici tetrametri: quintus dimeter iambicus; constans spondeo, aut trochæo, & amphimacro: vt,

ʒust bigjler,
Kjndest luv, yit önli chastest;
Roiâl in ði smüð denjâlz;
Frouning, or demvrli smjling,
Stil mj möst deljt.

FINIS.

Ad Lectorem Παραίνεσις.



X sacro Crucis titulo immutabili, Hebraicè, Græcè, & Latinè scripto; sacratæ sunt hæ linguæ ad Iesum Nazarenum Regem Iudæorum promulgandum. Hoc vt in Hebraicâ linguâ factum est per Scripturas Profetarũ, licèt nulli genti Pilati temporibus vulgò in vsu fuerit: sic etiam in Latinâ linguâ fit, & indies fiet, donec filij Dei per multas gentes sparsi, linguarum beneficio in vnum cogantur. Atq; ideo Sacro-sanctus ille Christi spiritus, qui doctorum Christianorũ cœtum vniuersum regit, per vnam linguam Latinam, nulli genti vulgarem, ideoq; mutationibus non obnoxiam, tantam hodie linguarum peritiam induxit quanta retro-actis seculis nunquam contigit. Et sane huiusce rei causâ, tribus his linguis habendus est ille honos, in cuius societatẽ nulla alia venire possit. At verò postquam ab his discesseris, primas linguæ Anglicæ deferre necesse est. Nam si (quæ homini Christiano prima cura esse debet) Diuinorum oraculorum cognitio quæratur; tantâ felicitate, tantâ facilitate ex Hebraico & Græco contextu in linguã Anglicam vertuntur: vt millies meliùs (Tindalij verba sunt) Anglicè, quàm Latinè exprimantur, nec vllâ opus erit circuitione, vbi verbũ verbo eleganter, et plenè respondet. Hinc factum est, vt aliquot seculis ante Lutherum (post quẽ omnis fere Europa sacros codices suo idiomate legeret) sacra Scriptura Anglicè verteretur. Extat adhuc Wiklefi versio Bibliorum circa annum 1370. Extant Euangelia cum glossarijs Eadfridi episcopi Lindefarnensis circa annum 700. Hac de causâ etiam plurimi scriptores Theologi quamuis linguæ Latinæ scientissimi, Anglicè tamen scribere maluerũt; quia sic animi sensa optimè exprimere, sic rerum ipsarum veritatem proximè attingere se posse iudicabant. Mitto hîc reges, principes, populos, linguæ Anglicæ subsidio ad fidem Christi conuersos; Sebertum, Edwinum, aliosq; Saxonum reges ab Ethelberto: Guthurnum ab Ælfrido: Knutum etiam gloriosum illum Daniæ regem, & eius exemplo gentem vniuersam: totam Bataniam edoctam à Willebrodo: Westfalos à duobus Ewaldis: Hassos, & Thuringos à Winfrido. Illa potiùs recordor quæ præsens hominum vsus, & ætas laudat. Itaq; si ab argumentis sacris ad alias artes animum conuerteris, nihil est in Physicis, nihil in Mathematicis quod desideres. Historias autem omnium gentium,

Præf. in lib. de Obed. Christiani hominis.

autem omnium gentium, aut ſcriptorum, aut metafraſtarum induſtriâ effecimus noſtras.

Quanta autem nox ſit apud mediæ ætatis ſcriptores, nemo dubitat: quæ tamen linguæ Anglicæ peritiâ ſit ipſâ luce clarior. Quod quidẽ melius intelliges, quando præluſtris viri Henrici Spelmani (qui equeſtrem dignitatem variâ eruditione, & inprimis magnâ antiquitatis notitiâ cumulauit) Gloſſarium, quod iam ſub prælo eſt, in lucem prodierit. Unde non immeritò Conradus Geſnerus, linguæ Anglicæ cognitionem, ad veteris Saxonicæ & Germanicæ linguæ origines explicandas, ad ſignificationes, & Orthografiam, plurimùm momẽti allaturam indicauit. Atq; vt nihil deſit in noſtra linguâ, quod animũ diſcendi cupidũ poſſit allicere; laudatos poetas ferè omnes tranſtulimus: ipſiq; etiam alia poemata edidimus, quæ ſi ipſi laudatiſſimi poetæ viuerent admirentur. Vnum (inquis) occurrit incommodum, aſperitas quædam elationis, ſeu pronunciandi difficultas. Sed leuiculum hoc eſt impedimentum, & quod ignauos tantùm deterreat. Etenim ſi has quinque voculas, What think ðe chözn ȝugez? *Quid cenſent electi iudices? rectè protuleris: omnem loquendi difficultatem ſuperaſti. Tum demum ea eſt linguæ Anglicæ facilitas, vt omnem Numerorum, Caſuum, Modorum, Temporum, Perſonarum differentiam pauculis articulis ſiue ſignis adiectis facilè explices. Hæc erit igitur facillima diſcendi ratio, vt ex inſtitutione noſtra primò legere perfectè diſcas, collatâ noſtrâ Orthographiâ cũ illâ qua auctores adhuc impreſſi ſunt. Poſt Declinationum, & Coniugationum formulas diſce, ea eſt duorum dierum opella. Tertiò Comparationem, & maximè anomalam. Et ſi te ſolo duce milites, auxilia habeas Lexica, Thomæ Thomaſii Anglico-Latinum, & Iohannis Minſhæi Etymologicum; aut vno volumine Rideri Anglico-Latinum & Latino Anglicum: ita ſiue noſtra transferre velis, ſiue in noſtra, labor erit perexiguus. Fateor Lexicographos voces fictitias colligere, aut etiam cudere; verè Anglicas negligere, aut etiam ignorare: noſtras inter artifices, & ruſticos audies; potius quàm apud Scriptores inuenies. Interea verò dum reſipuerint, præſentibus vtere bonis, & ſpera meliora. Et ſi comitem Anglicè loquentem aſciueris, quocum quotidie ſermones ſeras, miraberis tot tibi occurrere vocabula, iam antea ex facie nota in Germaniâ, Galliâ, & antiqua Româ. Tu (Lector) monitis meis obtempera, & à me ſalue.*

Præf. in Dict. Germ.-Lat. Pictorii.

FINIS.

180768

